Μετὰ δὲ Ἰωσίαν ἐβασίλευσεν Ἰωάχαζ υἱὸς αὐτοῦ, ὃς ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Νεχαὼβ βασιλέως Αἰγύπτου ἀπήχθη εἰς Αἴγυπτον, ἐν ᾗ καὶ ἀπέθανε, βασιλεύσας μῆνας τρεῖς. ἐφ' οὗ οἱ Ἰσραηλῖται, καθώς φησιν Ἰώσηπος, ἐκ τοῦ κρατῆσαι τὴν τοῦ Ἰούδα φυλὴν καὶ κατοικῆσαι τὴν πόλιν Ἱερουσαλήμ, οὗτοι μὲν ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι, ἡ δὲ πόλις ἡ καὶ Σιὼν Ἰουδαία, ἥτις πάλαι μὲν Ἰεβοὺς ἐλέγετο διὰ τὸ τὸν Ἰεβουσσαῖον κατοικῆσαι τὸν τόπον ἐκεῖνον. Δαβὶδ δὲ Ἱερουσαλὴμ προσηγόρευσεν, ἐκ τοῦ συμβεβηκότος τεχνησάμενος τὸ ὄνομα· ἐν ὄρει C γάρ ἐστιν ὑψηλοτάτῳ κατῳκοδομημένη, ἐν ᾧ κύριος ὤφθη τῷ Δαβὶδ ἐν ἅλωνι Ὀρνᾶ τοῦ Ἰεβουσσαίου, ἐν τῇ θραύσει τοῦ λαοῦ διὰ τὴν ἄλογον ἐπαρίθμησιν. καὶ τὸ μὲν ὄρος Ἑβραΐδι φωνῇ λέγεται Ἄρ, ἡ δὲ πόλις Σαλήμ. ὁ οὖν Δαβὶδ νέον τόπον εἰς βα-

15 περικρατῆσαι margo P

saicae legis observationem. ideo etiam Pascha tale celebravit quale post Iesuam et Samuelum actum nullum fuit. mactavit enim boum milia 12, ovium milia 38. testatur scriptura probata fuisse deo Iosiae officia, a corde pietatis pleno profecta: nam similis eius neque ante neque post ipsum exstitit. neque tamen iram in Iudaeos conceptam deus deposuit, memor quibus modis ipsum Manasses irritasset. eo tempore etiam Byzantium a Byzo Thraciae rege conditum est: alii Megarenses eius urbis auctores faciunt. tunc et Sibylla Samonaea innotuit.

Iosiae successit Ioachazus filius. is voluntati dei adversatus est, captusque a rege Aegypti Nechabo est, inque Aegyptum captivus abductus ibi periit. tantum tres menses regnum tenuit. huius aetate, ut narrat Iosephus, obtinuit ut Israelicus populus a Iudaea tribu, quae ceteris multo praestabat, Iudaei dicerentur, urbs autem Sion Iudaea denominaretur. antiquitus ea Iebus appellata fuit, a Iebusaeis ea loca habitantibus: Davidus autem Hierosolymae nomen ei imposuit ab eventu: est enim in altissimo monte exstructa, quo in monte dominus Davido apparuit ad aream Ornae Iebusaei, cum ob imprudenter factam populi recensionem populus peste affligeretur. etenim mons Ebraeo sermone Ar dicitur, urbs autem Salem. itaque Davidus, cum novam sibi regiam con-

σίλειον κατασκευάζων Ἀρσαλὴμ ὠνόμασεν, ὅ ἐστι τόπος εἰρήνης. Ἱερουσαλὴμ δὲ εἰς τὸ Ἑλληνικὸν παρενηνεγμένη κέκληται διὰ τὴν καλλιφωνίαν.

Μετὰ δὲ Ἰωάχαζ ἐβασίλευσεν Ἰωακεὶμ καὶ Ἐλιακεὶμ ὁ ἀδελ- D φὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου. καὶ ἐλθὼν Ναβουχοδονόσορ ὁ διάδοχος Μαροδάχ, καὶ πολιορκήσας τὴν Ἰουδαίαν, ὑπόφορον αὐτὴν ἐποίησεν. ἀθετήσαντος δὲ τὴν φορολογίαν Ἰωακεὶμ ἦλθε πάλιν εἰς Ἱερουσαλὴμ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τοῦτον χειρωσάμενος καὶ ἀνελὼν καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ῥιφῆναι κελεύσας ἄταφον ἐπὶ πολὺν κατέλιπε χρόνον, βασιλεύσαντα ἔτη ἕνδεκα. περὶ οὗ φησὶν Ἱερεμίας "τάδε λέγει κύριος ἐπὶ Ἰωακεὶμ υἱὸν Ἰωσίου· οὐαὶ ἐπὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον. οὐ μὴ κόψονται αὐτόν, ὦ ἀδελφέ, οὐδὲ μὴ κλαύσονται αὐτόν, οἴ μοι, κύριε, καὶ οἴ μοι, ἀδελφέ· ἀλλὰ ταφὴν ὄνου ταφήσεται, καὶ συμψηφισθεὶς ῥιφή- P 113 σεται ἐπέκεινα τῆς πύλης Ἱερουσαλήμ." τότε καὶ Δανιὴλ ἀπήχθη καὶ οἱ τρεῖς παῖδες καὶ ἄλλοι τοῦ λαοῦ πλεῖστοι καὶ μέρος τῶν σκευῶν κυρίου εἰς Βαβυλῶνα. οἱ δὲ ἅγιοι τρεῖς παῖδες υἱοὶ Ἐζεκίου εἰσίν. ἐν γὰρ τῷ ἀναστῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῆς νόσου, ἀποστεῖλαι δὲ πρὸς αὐτὸν Μαροδὰχ υἱὸς Βαλαδὰν βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπιστολὴν καὶ δῶρα (ἤκουσε γὰρ ὅτι ἠρρώστησε, καὶ ἀνέστη), ὑπέδειξεν αὐτὸς τοῖς ἀγγέλοις Μαροδὰχ πάντα τὸν πλοῦτον αὐτοῦ καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτοῦ. πρὸς ὃν λυπούμενος εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης "ἄκουσον λόγον κυρίου. ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ

didisset, Arsalem nuncupavit, quod significavit locum pacis: in Graecum autem sermonem ea vox traducta ob soni concinnitatem in Hierosolyma deflexit.

Post Ioachazum regnavit Ioacimus, collegamque habuit fratrem Eliacimum. is quoque Ioacimus ea fecit quae deo displicerent. itaque Nabuchodonosor Merodachi successor Iudaeam bello invasit ac sibi tributariam fecit; et cum tributum Ioacimus, quod pactus erat, recusaret, denuo in Iudaeam duxit. Hierosolymisque potitus Ioacimum in suam potestatem redactum interfecit, ac de muro proiectum longo tempore insepultum iacere iussit, functum regno annos 11. de hoc ita Ieremias (cap. 22) "haec pronuntiat deus de Ioacimo Iosiae F. vae isti viro. non eum plangentes clamabunt, eheu frater: neque inter plorandum, eum dominum ac fratrem inclamabunt: sed asini sepultura ei obtinget, et cum computruerit, proiicietur ultra portam Hierosolymorum." tunc Babylonem abductus est Daniel ac tres pueri, et de populo plurimi, ac pars vasorum domini. ceterum tres isti sacri pueri filii sunt Ezechiae. cum enim ex morbo convaluisset Merodachus Baldanis F. rex Babylonis, ad eum misit literas et munera, gratulans quod eum sanitati restitutum audivisset. huius legatis Ezechias omnes suas divitias atque thesauros demonstravit. quod factum moleste ferens Esaias, ita est regem suum allocutus (4. Reg. 20) "audi sermonem domini. ecce appetet

ληφθήσονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ ὅσα ἐθησαύρισαν οἱ πατέρες σου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπενεχθήσονται. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν υἱῶν σου τῶν ἐξεληλυθότων ἐκ σοῦ B λήψονται καὶ ποιήσουσι σπάδοντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος." τῷ δὲ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας Ναβουχοδονόσορ, τετρακισχιλιοστῷ δὲ καὶ ἐνενηκοστῷ τετάρτῳ τοῦ κόσμου, διασάφησε τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ ὁ Δανιήλ. τῷ δὲ τετρακισχιλιοστῷ ἑκατοστῷ δεκάτῳ ἔτει τὰ κατὰ τὴν κάμινον τῶν ἁγίων τριῶν παίδων ἐπράχθησαν. τοῦ γὰρ Βαλτάσαρ, ὃς καὶ Ῥινιγλίσαρος ἐλέγετο, πίνοντος ἐν τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν οἴκου κυρίου σὺν τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ ταῖς παλλακαῖς ἐν δείπνῳ, εἶδεν ἀνθρώπου δακτύλους γράφοντας ἐν τῷ τοίχῳ· ὧν τὴν γραφὴν μόνος Δανιὴλ ἡρμήνευσεν. C ἔχει δὲ οὕτως. μανί· ὅ ἐστιν, ἐμέτρησεν ὁ θεὸς τὴν βασιλείαν σου καὶ ἐπλήρωσεν αὐτήν. θεκέλ· καὶ ἐστάθμησεν ἐν ζυγῷ καὶ εὑρέθη ὑστεροῦσα. φαρές· διῄρηται ἡ βασιλεία σου καὶ ἐδόθη Μήδοις καὶ Πέρσαις. καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἀναιρεῖται Βαλτάσαρ.

Αἰχμαλωτισθείσης τῆς Ἱερουσαλὴμ Ἱερεμίας, καίτοι πολλὰ παρὰ τῶν Χαλδαίων ἀναγκασθείς, ᾑρετίσατο μᾶλλον μετὰ τῶν καταλειφθέντων πενήτων ἐναπομεῖναι. καὶ ὡς αὐτὸν εἰς τὸν βόρβορον ἔβαλλον, πολύστιχον βιβλίον συνέταξε. κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ Ἰεζεκιὴλ ὁ θειότατος αἰχμάλωτος ἀπαχθείς, ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ λαχὼν τοῦ Χοβάρ, διανοιγέντων αὐτῷ τῶν οὐρανῶν εἶδε D δόξαν θεοῦ, πνεῦμα ἐρχόμενον ἀπὸ βορρᾶ καὶ νεφέλην ἐν αὐτῷ καὶ

dies, qua die omnia de domo tua auferentur, quaecunque maiores tui in hanc usque diem congesserunt, atque omnia Babylonem deportabuntur. quin et filios tuos a te procreatos abducent, et eunuchos in regia Babylonica constituent." anno regni Nabuchodonosoris vigesimo, qui fuit ab exordio mundi annus 4094, Danielus regis insomnia interpretatus est. sedecim annis post tres isti sancti pueri in inflammatum furnum sunt coniecti. Baltasar, qui et Riniglisar nominatur, in convivio cum suis principibus ac pellicibus bibens de sacris dei vasis, digitos hominis vidit in parietem scribentes, quam scripturam nemo praeter unum Danielum interpretatus est. ita autem habet. mani: hoc est, deus dimensus est tuum regnum, idque absolvit. thecel: in trutina examinavit, ac deprehensum est id deficere. phares: abscissum est regnum tuum Medisque et Persis traditum. atque ea ipsa nocte interfectus est Baltasar.

Hierosolymis captis Ieremias, tametsi eum vehementer urgerent Chaldaei, tamen praetulit ibi cum relictis egenis permanere. cumque esset in voraginem abiectus, magnum librum composuit. eo tempore etiam divinissimus Ezechielus captivus abductus, cum ad fluvium Chobarem degeret, caelis ipsi apertis maiestatem dei vidit, ventum a Borea

φέγγος κύκλοθεν, τὴν τριάδα φανταζόμενος. ἐκεῖ καὶ τῶν χερουβὶμ εἶδεν ὑποτύπωσιν, ἐν προσώπῳ ἀνθρώπου καὶ μόσχου καὶ λέοντος καὶ ἀετοῦ ὑποτυπουμένην. ὑπεράνω δὲ τούτων, ὡς εἶδος ἀνθρώπου, τὸν θεὸν ἄνθρωπον ὁρῶν δι' αὐτοῦ προφήτης τοῦ Ἰσραὴλ κατέστη, καὶ τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν ἐντεῦθεν μεμυσταγώγηται.

Μετὰ δὲ Ἰωακεὶμ ἐβασίλευσεν Ἰεχονίας υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Ἰωακείμ, διὰ προστάγματος Ναβουχοδονόσορ. καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου. καὶ περὶ τοὺς φόρους ἀγνωμονήσαντος αὐτοῦ ἦλθεν αὖθις Ναβουχοδονόσορ εἰς τὴν πόλιν Ἱερουσαλήμ,
P 114 καὶ ἐπολιόρκει αὐτήν. πρὸς ὃν Ἰεχονίας ἐξῆλθε σὺν μητρὶ καὶ τέκνοις καὶ τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ. καὶ εἰσῆλθον οἱ μεγιστᾶνες Ναβουχοδονόσορ εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἐξήνεγκαν τοὺς θησαυροὺς κυρίου καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τὰ χρυσᾶ σκεύη ἃ ἐποίησε Σολομῶν ἐν ναῷ κυρίου. τὸν δὲ Σεδεκίαν ἀντὶ Ἰεχονίου καταστήσας, ἀπῴκισεν Ἰεχονίαν εἰς Βαβυλῶνα καὶ τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ, βασιλεύσαντα μῆνας τρεῖς. περὶ οὗ πάλιν Ἱερεμίας ἔλεγεν "ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος οὗ οὐκ ἔστιν χρεία, ὅτι ἀπερρίφη καὶ ἐξεβλήθη εἰς γῆν, ἣν οὐκ ᾔδει, λέγει κύριος. γῆ, γῆ, ἄκουσον λόγον κυρίου, γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκήρυκτον ἄνθρω-
B πον, ὅτι οὐ μὴ αὐξηθῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἀνὴρ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβίδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ." μετὰ δὲ Ἰεχονίαν ἐβασίλευσεν Σεδεκίας, πατράδελφος αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονη-

venientem, nubemque in eo et splendorem in orbem circumfusum. quo viso trinitatem est imaginatus. ibi et Cherubinorum vidit repraesentationem, in forma hominis vituli leonis et aquilae, ac supra hos quendam humana specie, nimirum deum qui humanam naturam induit, cernens, qui eum Israelicis vatem constituit futurorumque cognitioni initiavit.

Post Ioacimum Iechonias filius eius, cui et Ioachimo nomen fuit, iussu Nabuchodonosoris regnum occepit. vixit et ipse impie, et tributum mala fide persolvit. eapropter ad Hierosolyma rursus cum exercitu Nabuchodonosor accessit urbemque obsedit. exiit ad eum Iechonias cum matre liberis et primoribus. et qui erant apud Nabuchodonosorem, primi in urbem ingressi thesauros tam sacros quam regios, omniaque aurea templi dei instrumenta, quae Solomon fecerat, exportarunt. Sedechiam regno barbarus praefecit, Iechonia, cum is anni quadrantem regnum gessisset, una cum matre et principibus Babylonem deportato. de hoc Iechonia sic Ieremias pronuntiavit (cap. 22) "nullius pretii est Iechonias, perinde atque vas nullis usibus idoneum. est enim abiectus, et eiectus in terram sibi ignotam, ait dominus. o terra, terra, audi sermonem dei. scribe hunc hominem, virum abdicatum: non enim unquam ex semine eius adolescet vir, qui in solio Davidico sedeat aut porro in Iuda princeps sit." ergo post Iechoniam patruus eius Sedechias regnavit, qui et ipse deum sua vita offendit et pacti tributi fidem

ρὸν ἐνώπιον κυρίου. καὶ περὶ τὴν φορολογίαν ὡσαύτως παρασπονδήσαντος αὐτοῦ ἦλθε πάλιν Ναβουχοδονόσορ εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐπολιόρκει αὐτὴν ἔτη δύο. καὶ προφητεύσας Ἱερεμίας τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως δέσμιος ἐβλήθη ὑπὸ Σεδεκίου ἐν λάκκῳ. μετὰ δὲ τὸ λυθῆναι αὐτὸν τοῦ δεσμοῦ, λαβὼν τὴν κιβωτὸν καὶ τὸ θυσιαστήριον καὶ τὴν τράπεζαν καὶ τὴν λυχνίαν ἐκ τοῦ ναοῦ ἐν λόγῳ κυρίου, μέλλουσαν τὴν πόλιν ἤδη παραλαμβάνεσθαι, κατέκρυψεν ἐν ἀδήλῳ τόπῳ· καὶ οὐχ εὑρέθησαν ἔτι, ὡς ἡ τῶν Μακαβαίων βί- C βλος λέγει. ὁ δέ γε Ναβουχοδονόσορ παραλαβὼν τὴν πόλιν ἐνέπρησε πᾶσαν. τὸν δὲ Σεδεκίαν χειρωσάμενος τὴν μὲν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ κατ' ὀφθαλμοὺς ἀνεῖλεν, αὐτὸν δὲ ἐκτυφλώσας καὶ δεσμοῖς κρατήσας εἰς Βαβυλῶνα αἰχμάλωτον ἀνήγαγε, βασιλεύσαντα ἔτη τρία, καὶ τὸ πλῆθος ἀπήγαγεν αἰχμάλωτον ἐπὶ ἔτη ο'. τούτῳ τῷ Σεδεκίᾳ εἶπέ τις προφήτης πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαχθῆναι εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ἄλλος εἶπεν αὐτῷ "μὴ φοβοῦ· οὐ γὰρ ἴδῃς Βαβυλῶνα." καὶ ἀμφότεροι ἠλήθευσαν· κατῆλθε γάρ, οὐ μὴν ἐθεάσατο αὐτήν· τυφλὸς γὰρ ἦν. περὶ οὗ Ἱερεμίας αὖθις ἔφη "οὕτως εἶπε κύριος ἐπὶ Σεδεκίαν· ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι αὐ- D τὸν εἰς χεῖρας βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ πατάξει αὐτόν, καὶ λήψονται ἐπ' αὐτὸν κατάραν λέγοντες ποιήσαι σε κύριος ὡς Σεδεκίαν καὶ ὡς Ἀχιάβ, οὓς ἀπετηγάνισε βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν πυρί, δι' ἣν ἐποίησαν ἀνομίαν ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐμοιχῶντο τὰς γυναῖκας τῶν πολιτῶν αὐτῶν, καὶ λόγον ἐχρημάτισαν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ὃν οὐ προσέταξα αὐτοῖς, λέγει κύριος."

fefellit. rursum itaque Nabuchodonosor ad Hierosolyma accessit, urbemque biennium obsedit. Ieremiam, fore ut urbs capiatur vaticinantem, Sedechias vinctum in foveam abiecit. is postquam solutus est, iamiam capienda urbe, iussu dei arcam aram et mensam et lucernam de templo abstulit, et loco ignoto occultavit; neque deinde ea inventa sunt, uti quidem liber Machabaeorum tradit. urbe potitus Nabuchodonosor eam totam incendio vastavit. Sedechiam vero nactus uxorem eius et liberos ipso vidente trucidavit: tum ipsi oculos eruit, atque in vinculis Babylonem abduxit, cum is triennium imperasset. populum quoque captivum abduxit, qui eo in exsilio annos 70 mansit. huic Sedechiae quidam vates ante captam urbem praedixerat eum Babylonem abductum iri, alius non esse ipsi metuendum ne Babylonem esset visurus. verum uterque dixerat: Babylonem quippe, in quam luminibus privatus venit, non conspexit. de Sedechia sic Ieremias (cap. 29) "haec deus de Sedechia dicit. ecce trado eum in manus regis Babylonis. is feriet eum: sumeturque de eo formula exsecrandi haec: agat tecum deus ut cum Sedechia et Achiabo, quos rex Babylonius igne frixit, propter flagitia quae Ierusalemae perpetraverunt stuprandis civium uxoribus, et praetentu nominis mei vaticinando quae ipsis non mandavi, inquit dominus."

Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς αἰχμαλωσίας ἀπέστειλε Ναβουχο-
δονόσορ τὸν Ναβουζαρδὰν ἀρχιμάγειρον αὐτοῦ εἰς Ἱερουσαλήμ,
P 115 καὶ τὸν μὲν οἶκον κυρίου καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως καὶ τοὺς πε-
ριλειφθέντας πάντας οἴκους ἐνέπρησε, διαρκέσαντα τὸν θεῖον οἶκον
ἀπὸ τῆς πρώτης οἰκοδομῆς ἔτεσι υμβ', τοὺς δὲ χαλκοῦς δύο μεγά-
λους στύλους καὶ τὴν χαλκῆν θάλασσαν καὶ τοὺς ὑποκάτω αὐτῆς
δώδεκα μόσχους καὶ τὰ ὑποστηρίγματα καὶ πάντα τὸν ἐν ναῷ κυ-
ρίου χαλκὸν συντρίψας ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ μέντοι καὶ
τὰς χρυσᾶς φιάλας καὶ τὰς ἀργυρᾶς καὶ τὰς χαλκᾶς. καὶ οὐκ ἦν
σταθμὸς τοῦ χαλκοῦ τῶν σκευῶν πάντων ὧν ἔλαβε ὁ ἀρχιμάγειρος.
τῶν δὲ ἐπιλοίπων Ἰουδαίων τοὺς ἐπισήμους ἀπαγαγὼν πρὸς Να-
βουχοδονόσορ τοὺς μὲν ἐθανάτωσε τοὺς δὲ δούλους παρέδωκε.
B τὸν δὲ Σεδεκίαν ἐπὶ σκότει καθίσας μυλωθρεῖν κατεδίκασεν. ἐφ'
οὗ ἡ παντελὴς καὶ πρώτη ἅλωσις τῆς Ἱερουσαλὴμ γέγονεν, οὐκέτι
βασιλευθείσης ὑπὸ Ἰουδαίων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν Χαλδαίων κρατηθεί-
σης. τοιγαροῦν τρίτον Ναβουχοδονόσορ ἐπόρθησε τὴν Ἱερουσα-
λήμ, πρῶτον μὲν ὅτε ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει Ἐλιακεὶμ ἀνῆλθε καὶ ἔλαβε
σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας καὶ Δανιήλ, ἔτος
ἄγων τῆς βασιλείας πρῶτον, δεύτερον δὲ ὅτε ἐν τῷ τρίτῳ· μηνὶ
Ἰεχονίου τοῦ καὶ Ἰωακείμ, ὅτε ἔλαβεν αὐτόν τε τὸν Ἰεχονίαν καὶ
τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ Ἰεζεκιὴλ τὸν προφήτην, ἔτος ἄγων αὐτὸς
τῆς βασιλείας ὄγδοον, καὶ τρίτον ὅτε ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει τοῦ Σε-
C δεκίου τὸν ναὸν ἐνέπρησε καὶ τὸν Σεδεκίαν ἐξετύφλωσε καὶ τοὺς
υἱοὺς αὐτοῦ κατέσφαξε καὶ τὸ πλῆθος ἀπήγαγε αἰχμάλωτον

Anno a capta urbe tertio Nabuchodonosor Nabuzardanem principem militum misit Hierosolyma. is aedem dei, domum regis, et reliquas domos omnes combussit. templum dei annos, a quo tempore primum aedificatum est, duravit 442. ceterum duas magnas aereas pilas et mare aereum et duodecim ei suppositos vitulos ac bases, denique quicquid aeris in templo fuit, contritum secum Babylonem abduxit. quin et pateras aureas argenteas aereasque secum abstulit: pondus aeris vasorum quae avexit, est immensum. reliquorum adhuc Iudaeorum praecipuos, ad Nabuchodonosorem abductos, partim occidit, alios in servitutem tradidit. in Sedechiam lata est sententia uti in tenebris sedens pistrinum agitaret. sub hoc Sedechia prorsus ac primo Hierosolyma capta non Iudaeis postmodo sed Chaldaeis regibus subdita fuit. ter omnino Hierosolyma Nabuchodonosor oppugnavit. primum, cum regnante tertium annum Eliachimo adscendit, secumque inter alios etiam Danielum ac tres istos sanctos pueros abduxit, primo sui regni anno. secundum, quando tertio mense regni Iechoniae, qui et Ioacimus dicitur, anno sui regni octavo, Iechoniam cum matre et Ezechielum vatem abduxit. tertium, cum undecimo anno regni Sedechiae, sui undevigesimo templum cremavit, Sede-

ἐπὶ ἔτη ἑβδομήκοντα, ἔτος ἄγων τῆς βασιλείας ἐννεακαιδέκατον.

Μετὰ καὶ τοὺς προειρημένους τῶν Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἐβασίλευσεν, ὡς εἴρηται, Ναβουχοδονόσορ ἔτη κδ', ὃς καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκράτησεν ἔτη ἑπτά, καὶ πόλιν μεγίστην εἰς Βαβυλῶνα ἔκτισεν, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ λίθων λελαξευμένων, ἐχόντων ἀνὰ τρεῖς πήχεις τὸ πλάτος, καὶ μῆκος ἀνὰ πήχεις ἕξ. τὸ δὲ περίμετρον αὐτῆς ἐποίησε στάδια μ', γινόμενα μίλια ϛυ', τὸ δὲ ὕψος D τοῦ τείχους πήχεις π' καὶ τὸ πλάτος πήχεις λ', τὸ δὲ ὕψος τῶν πύργων πηχέων ρ' καὶ τὸ πλάτος ξ'. τῶν δὲ πυλῶν χαλκῶν οὐσῶν τὸ ὕψος ἦν πηχέων ν', τὸ δὲ πλάτος πηχέων κ'. ἔγγιστα δὲ τῆς πόλεως ὤρυξε κινστέρναν, καὶ περιετείχισεν ἀξιολόγως· τὸ βάθος αὐτῆς ὀργυιαὶ μ', τὸ δὲ περίμετρον αὐτῆς στάδια μ'. ὕπερθεν δὲ αὐτῆς κατεφύτευσε δένδρα παντοδαπά, ὡς παρομοιοῦσθαι δασυτάτοις ὄρεσιν· ὃ καὶ κρεμαστὸν παράδεισον ὠνόμασεν· ἐν αὐτῷ μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτοῦ περιπολῶν, καὶ τοὺς κάτω καθορῶν ἐξ ἀπόπτου, ὑπ' οὐδενὸς τῶν κάτωθεν ὡρᾶτο. ἐκεῖσε διαπορευόμενος στόματι ὑπερηφάνῳ εἶπεν "οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ Βαβυ- P 116 λὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ εἰς οἶκον βασιλείας ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου ᾠκοδόμησα;" καὶ ἔτι τοῦ λόγου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ὄντος φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γέγονε "σοὶ λέγεται Ναβουχοδονόσορ· ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων ἐκδιώξουσί σε, καὶ μετὰ θηρίων ἡ κατοίκησίς σου, καὶ

chiae oculos eruit, filios eius necavit, populumque captivum abduxit, annos 70 ea condicione acturum.

Post Assyriorum reges, quos rettulimus, regnum, sicuti diximus, ad Nabuchodonosorem est devolutum, qui id 24 annos tenuit. idem Hierosolyma annos 7 in sua potestate habuit; et Babylonem urbem maximam exstruxit ex latere cocto et lapidibus dolatis, quorum singuli tres cubitos lati, sex cubitos longi. ambitus urbis fuit stadia 40, quae faciunt miliaria 6. s. muri altitudo cubiti 80, latitudo 30, altitudo turrium cubiti 100, latitudo 60. portarum (erant autem aereae) altitudo cubiti 50, latitudo 20. proxime urbem cisternam fodit, muroque praeclare eam circumvenit, profundam ulnas 40, ambitu stadiorum 40. supra hanc plantavit omnis generis arbores, ita ut monti densis arboribus obsito hortus similis videretur: appellavit ipse hortum pensilem. in eo cum mulieribus suis degebat, desuper omnia cernens, ipse omnium conspectui exemptus. ibi obambulans arroganter ita est fatus "nonne haec est magna urbs Babylon, quam meis ego viribus mihi regiam exstruxi, gloriae mihi honorique futuram?" cum adhuc in ore ei haec verba haererent, vox de caelo edita est talis. "tibi hoc, o Nabuchodonosor, dicitur. regnum tuum a te ablatum est, et ab hominibus expelleris, degesque inter feras,

χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπί σε, ἕως οὗ γνῷς ὅτι κυριεύει ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἂν δόξῃ δώσει αὐτήν." καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ λόγος συνετελέσθη, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐξεδιώχθη, καὶ ἐν ἐρήμοις
B ηὐλίσθη καὶ ὄρεσι· γέγονε γὰρ τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ σὺν τῇ κεφαλῇ ὡς βοῦς, καὶ οἱ πόδες σὺν τοῖς ὀπισθίοις ὡς λέων. ἀπεκαλύφθη δὲ τῷ ἁγίῳ Δανιὴλ περὶ τούτου, ὅτι διὰ τὴν ἄλογον αὐτοῦ φιληδονίαν καὶ σκληροκαρδίαν ὑπὸ ζυγὸν ὡς βοῦς ἐγένετο τῷ Βελιάρ, λέων δὲ διὰ τὸν τυραννικὸν καὶ ἁρπακτικὸν καὶ θηριωδέστατον αὐτοῦ τρόπον· οἱ γὰρ δυνάσται ταύτην ἔχουσι τὴν ἀρχήν, ἐπὶ τέλει δὲ ὡς θῆρες ἁρπάζουσιν ὀλοθρεύοντες καὶ ἀναιροῦντες. καὶ ὡς βοῦς ἤσθιε χόρτον, καὶ αἱ τρίχες αὐτοῦ ηὐξήθησαν, καὶ οἱ ὄνυχες ἐγένοντο ὡς ὀρνέου, καὶ ἡ σὰρξ ἐν ἑπτὰ καιροῖς ἐπαχύνθη καὶ ἐμελανώθη τῇ κακοπαθείᾳ, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ ἤρθη τοῦ μὴ λαλεῖν. καὶ νοῶν εὐθὺς ἐδάκρυε, καὶ ἀπὸ τοῦ κλαίειν οἱ ὀφθαλ-
C μοὶ αὐτοῦ ἐγένοντο ὡς κρέας. καὶ πολλοὶ ἐξιόντες οὐχ ἑώρων αὐτὸν πλὴν τοῦ ὁσίου Δανιήλ· οὗτος γὰρ πάντα τὸν χρόνον τῆς ἀλλοιώσεως αὐτοῦ ἐν προσευχαῖς ἦν περὶ αὐτοῦ. καὶ μετὰ τὸ ἀλλαγῆναι τοὺς ἑπτὰ καιροὺς ἀποκατέστη εἰς ἑαυτόν, καὶ ἐποίησε ἓξ ἥμισυ χρόνους ὑποπίπτων καὶ ἐξομολογούμενος τῷ κυρίῳ, μήτε ἄρτον φαγὼν μήτε οἶνον πιών, ἀλλ' ἐν ὀσπρίοις βρεκτοῖς καὶ λαχάνοις διαζῶν κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Δανιὴλ προσλάλησιν, καὶ τὸν κύριον ἐξιλεούμενος πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ. μετὰ

pascerisque tanquam bos herbis, septemque annos haec mutatio durabit, dum discas altissimum in regna hominum potestatem habere; qui regnum, cui velit, ipse concedat." et ea ipsa hora impletus est hic sermo, exactusque ab hominibus in solitudinibus et montibus delituit. nam prior corporis pars cum capite in bovis, posterior cum pedibus in leonis formam abierunt. patefactum autem est beato Danielo eum propter brutam voluptatum cupiditatem cordisque obstinationem Beliari sub iugum instar bovis traditum: leonis formam tyrannicis rapacibus ac ferissimis moribus meruisse. quippe praepotentes tale habent exordium, et in fine ferarum instar rapiunt perdentes ac necantes. is ergo bovis instar herba se pavit, creveruntque crines eius, et ungues avium unguibus similes facti sunt, septennioque caro eius incrassata est, victusque eum tam foedus denigravit: ademptus est et sermonis usus, et secum cogitans lacrimabat, flendoque oculi eius instar carnis redacti sunt. multi autem cum exirent, eum non viderunt, solo Danielo excepto. is enim toto eius mutationis tempore pro ipso deprecatus assidue fuit. exacto septennio Nabuchodonosor ad se rediit, sexque deinceps annos et anni semissem exegit, deo sese submittendo et delicta sua confitendo; neque vel panem edit neque vinum bibit, vitam madefactis leguminibus et oleribus tolerans, magni Danieli hortatu, deumque toto vitae suae tempore placans.

δὲ ταῦτα πάλιν φησὶν ὁ αὐτὸς περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀποκαταστάσεως "ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ αἱ φρένες μου ἐπεστράφησαν ἐπ' ἐμέ, καὶ εἰς τιμὴν τῆς βασιλείας μου ἦλθον, καὶ ἡ μορφή μου ἐπέστρεψεν ἐπ' D ἐμέ, καὶ οἱ τύραννοί μου καὶ οἱ μεγιστᾶνές μου ἐζήτουν με, καὶ περὶ τὴν βασιλείαν μου ἐκραταιώθην, καὶ μεγαλωσύνη περισσοτέρα ἐτέθη μοι. νῦν οὖν ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ αἰνῶ καὶ ὑπερυψῶ καὶ δοξάζω τὸν βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀληθινὰ καὶ αἱ τρίβοι αὐτοῦ κρίσεις, καὶ πάντας τοὺς πορευομένους ἐν ὑπερηφανίᾳ δύναται ταπεινῶσαι." τὴν τοίνυν ἐκ θεοῦ δοθεῖσαν πολυολβίαν ῥώμην τε καὶ περιφάνειαν ὁ θεῖος λόγος ὑπεμφαίνων διὰ Ἱερεμίου φάσκει "τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ δέδωκα πᾶσαν τὴν γῆν τῷ Ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ Βαβυλῶνος δουλεύειν P 117 αὐτῷ, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ ἐργάζεσθαι αὐτῷ. καὶ τὸ ἔθνος καὶ ἡ βασιλεία, ὅσοι ἂν μὴ ἐμβάλωσι τὸν τράχηλον αὐτῶν ὑπὸ τὸν ζυγὸν αὐτοῦ, ἐν μαχαίρᾳ καὶ ἐν λιμῷ σκέψομαι αὐτούς, ἕως ἂν ἐκλείπωσιν ἐν χειρὶ αὐτοῦ." καὶ "ἰταμόν ἐστι, καὶ οὐκ ἐλεήσει. φωνὴ αὐτοῦ ὡς θάλασσα κυμαίνουσα. ἐφ' ἵπποις πολλοῖς καὶ ἅρμασι παρατάξεται ὡς πῦρ, εἰς πόλεμον ἐπὶ σέ, θύγατερ Σιών." καὶ "ἀπὸ φωνῆς ὁρμῆς αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τῶν ὅπλων τῶν ποδῶν αὐτοῦ καὶ ἀπὸ σεισμοῦ τῶν ἁρμάτων καὶ ἤχου τροχῶν αὐτοῦ οὐκ ἐπιστραφήσονται πατέρες ἐπὶ υἱοὺς αὐτῶν, ἀπὸ ἐκλύσεως χειρῶν αὐτῶν." καὶ "ἐκ Δὰν ἀκουσθήσεται φωνὴ ὀξύτητος ἵππων αὐτοῦ." καὶ διὰ Ἰεζεκιὴλ οὕτως λέγει "ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ B Σὸρ Ναβουχοδονόσορ βασιλέα Βαβυλῶνος, ὅς ἐστι βασιλεὺς βα-

secundum haec ipse ita de sua restitutione loquitur. "eo tempore ad animum redii, regiamque dignitatem recepi, ac formae meae restitutus sum, principesque et praefecti mei me requisiverunt; ac in regno meo confirmatus, auctus etiam sum ampliore maiestate. nunc itaque ego Nabuchodonosor laudo extollo et praedico gloriam caelestis regis, quoniam omnia eius facta recta sunt, ac iustum in moribus eius iudicium. isque omnes elate sese gerentes deprimere novit." sane opes potentiam atque gloriam illi a deo concessa, sacra scriptura verbis Ieremiae sic indicat. "haec dicit dominus. ecce omnem hanc terram Nabuchodonosori regi Babylonis in servitutem tradidi, et bestias silvestres, ut ei operentur. gens autem et regnum quod eius iugo collum non subdiderit, ferro et fame a me punietur, tantisper dum manu eius conficiatur." item "est ferox, et non miserebitur. vox eius est instar sonitus maris fluctuantis. equis curribusque multis instructus, ignis in morem te cinget obsidione, o filia Sionis." item "ob vocem impetus eius et arma pedum ipsius, et propter curruum eius quassationem ac sonitum rotarum, non convertentur patres ad filios suos, prae lassitudine manuum suarum." item "ex Dane audietur fremitus equorum eius accelerantium." sed et Ezechielus ita vaticinatur "ecce ego contra te Tyre adduco Nabuchodo-

σιλέων, μεθ' ἵππων καὶ ἁρμάτων καὶ συναγωγῆς ἐθνῶν πολλῶν σφόδρα καὶ περιβαλεῖ σοι τάφρον, καὶ οἰκοδομήσει σε κύκλῳ χάρακα καὶ περίστασιν ὅπλων, καὶ τὰς λόγχας αὐτοῦ ἀπέναντί σου δώσει. τὰ τείχη σου καὶ τοὺς πύργους σου καθελεῖ ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἵππων αὐτοῦ καλύψει σε κονιορτὸς αὐτῶν." καὶ πάλιν "τάδε λέγει Ἀδωναΐ κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι τῷ Ναβουχοδονόσορ τὴν γῆν Αἰγύπτου, καὶ λήψεται τὸ πλῆθος αὐτῆς, καὶ σκυλεύσει τὰ σκῦλα αὐτῆς, καὶ προνομεύσει τὴν προνομὴν αὐτῆς. ἀντὶ τῆς λειτουργίας ἧς ἐδούλευσεν ἐπὶ Τύ-
C ρον δέδωκα αὐτῷ τὴν γῆν Αἰγύπτου, καὶ ἀπολῶ τὸ πλῆθος Αἰγυπτίων δι' αὐτοῦ." εἰκότως οὖν ἔλεγε πρὸς αὐτὸν Δανιήλ "σὺ βασιλεὺς βασιλέων, ᾧ ὁ θεὸς τοῦ οὐρανοῦ βασιλείαν ἰσχυράν τε καὶ κραταιὰν ἔδωκεν, ἔντιμον ἐν παντὶ τόπῳ ὅπου κατοικοῦσιν υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. θηρία τε τοῦ ἀγροῦ καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν ἐν τῇ χειρί σου, καὶ κατέστησέ σε κύριον πάντων. καὶ σὺ εἶ ἡ χρυσῆ κεφαλὴ τῆς εἰκόνος, καὶ τὸ δένδρον ὃ εἶδες τὸ μεγαλυνθέν, οὗ τὸ ὕψος ἔφθασεν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ κύτος αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ὑποκάτω αὐτοῦ κατῴκουν τὰ θηρία, ὅτι ἐμεγαλύνθης καὶ ὑπερίσχυσας, καὶ ἡ μεγαλωσύνη σου ἔφθασεν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἡ κυρεία σου εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς."

D Μετὰ δὲ Ναβουχοδονόσορ ἐβασίλευσεν Οὐλεμαροδὰχ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ε', ὃς τὸν Ἰεχονίαν λύσας τῶν δεσμῶν ἐποίησε συνεστιάτορα αὐτοῦ. περὶ οὗ καὶ ἡ τῶν βασιλειῶν ἱστορία καὶ ὁ θεῖος Ἱερεμίας ἔφη "καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει ἀποικι-

nosorem regem Babylonis, regem regum, instructum equis curribus et conductis multarum gentium ingentibus copiis. is te vallo fossaque circumveniet et infestis armis. muros et turres tuas armis deiiciet; pulvisque a multitudine equorum eius excitatus te obteget." ac rursum "hoc fatur dominus deus. ecce ego Aegyptum Nabuchodonosori trado. is copiis eius potietur ac spolia leget et praedam avertet. Aegyptum ei mercedis loco do, ob navatam mihi adversus Tyrum operam; ac per ipsum perdam multitudinem Aegyptiorum." itaque consentaneum est quod ei Danielus dixit: "tu rex regum es, cui caelestis deus regnum dedit validum ac potens et ubicunque homines incolunt magni aestimatum. in tuam potestatem tradidit feras agrestes et aëreas volucres, teque omnium dominum constituit. tu es aureum illud statuae caput, et arbor quae in magnitudinem succrevit, ita ut caelum cacumine attingat, et amplitudo in universam terram porrigatur, sub qua ferae degant. nam potentiam et maiestatem nactus es maximam, maiestasque tua it caelo, et potentia ad fines terrae protenditur."

Nabuchodonosori successit Ulemarodachus filius, et quinquennium regnavit. is Iechoniam vinculis solutum convivio adhibuit. de quo et in Regnorum historia scriptum est, et Ieremias sic ait (cap. 52) "anno post

*σθέντος τοῦ Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, ἐν τῷ δεκάτῳ μηνί, ἐν τῇ
τετάρτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός, ἔλαβεν Εὐελὰδ Οὐλεμαροδὰχ βα-
σιλεὺς Βαβυλῶνος, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ᾧ ἐβασίλευσε, τὴν κεφαλὴν
βασιλέως Ἰούδα Ἰωακείμ, καὶ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἐξ οἴκου οὗ ἐφυ-
λάττετο, καὶ ἐλάλησεν αὐτῷ χρηστά, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸν δίφρον
ἐπάνω τῶν θρόνων τῶν βασιλέων τῶν μετ' αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι,
καὶ ἤλλαξε τὴν στολὴν τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, καὶ ἤσθιε διὰ παντὸς* P 118
*ἄρτον κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, πάσας τὰς ἡμέρας ἃς ἔζησεν." Ἰωα-
κεὶμ δὲ οὗτος ἐστὶ καὶ Ἰεχονίας· Ἰωακεὶμ γὰρ τὸν τούτου πατέρα,
ἐφ' οὗ καὶ Δανιὴλ ἠχμαλωτίσθη, Ναβουχοδονόσορ ἀνελὼν ἐν Ἱε-
ρουσαλὴμ ἔρριψεν ἔξω τοῦ τείχους.*

*Μετὰ δὲ Οὐλεμαροδὰχ ἐβασίλευσε Βαλτάσαρ ὁ ἀδελφὸς
αὐτοῦ ἔτη τρία· ὃς μιάνας τὰ ἱερατικὰ σκεύη τοῦ θεοῦ ἐν τῷ
συμποσίῳ, ἅπερ ἤγαγεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐξ Ἱε-
ρουσαλήμ, ἀνῃρέθη κατὰ θείαν ὀργήν. φησὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν
τηνικαῦτα Δανιὴλ "ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος τὴν βασιλείαν καὶ τὴν μεγα-
λωσύνην ἔδωκε Ναβουχοδονόσορ τῷ πατρί σου, καὶ ἀπὸ τῆς μεγα-* B
*λωσύνης αὐτοῦ πάντες οἱ λαοὶ φυλαὶ γλῶσσαι ἦσαν τρέμοντες, καὶ
φοβούμενοι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. καὶ οὓς ἐβούλετο ἀνῄρει, καὶ
οὓς ἤθελεν ἔσωζε. καὶ ὅτε ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ καὶ τὸ πνεῦμα
αὐτοῦ ἐκραταιώθη τοῦ ὑπερηφανεύεσθαι, κατῃσχύνθη ἀπὸ τοῦ
θρόνου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ἡ τιμὴ αὐτοῦ ἀφῃρέθη ἀπ' αὐ-
τοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐξεδιώχθη, καὶ μετὰ τῶν θηρίων*

2 *Εὐιλμεροδὰχ* margo P

abductum in vinculis Ioacimum regem Iudae trigesimo septimo, vigesima quarta die mensis decimi, Evilmerodachus eo anno Babylonicum regnum adeptus respectum habuit Ioachimi regis Iudae, eumque ex custodia in quam datus fuerat eduxit, benigneque allocutus, solium ei soliis regum quos secum habebat Babylone prius attribuit; vesteque qua in custodia usus erat, exutum alia induit; isque reliquum vitae tempus cibum coram rege sumpsit. is Ioacimus est, qui etiam Iechonias nominatur. patrem enim eius Ioachimum, sub quo in captivitatem abductus est Danielus, Nabuchodonosor necatum Hierosolymis extra moenia abiecerat.

Evilmerodacho frater Baltasar successit, regnavitque annos 3. hic cum in convivio profanasset sacra vasa quae pater ipsius Nabuchodonosor Hierosolymis avexerat, irati dei iussu interfectus est. tunc enim ita eum Danielus est allocutus. "deus altissimus regnum et maiestatem patri tuo Nabuchodonosori dedit, ita quidem ut omnibus populis gentibus ac quavis utentibus lingua nationibus formidolosa fuerit ipsius potentia, atque ipse quos vellet, aut necaret aut vivere sineret. atqui cum is animo extolleretur spiritusque superbos sumeret, per ignominiam est solio regni sui detrusus suoque honore spoliatus, et ab hominibus profligatus, inter

ἐδόθη, καὶ μετὰ τῶν ὀνάγρων ἡ κατοίκησις αὐτοῦ, καὶ χόρτον ὡς
βοῦν ἐψώμιζον αὐτόν, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα
αὐτοῦ ἐβάφη, ἕως οὗ ἔγνω ὅτι κυριεύει ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας
C τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἂν δόξῃ, δώσει αὐτήν. καὶ σὺ οὖν ὁ υἱὸς
αὐτοῦ Βαλτάσαρ οὐκ ἐταπείνωσας τὴν καρδίαν σου, καὶ οἱ μεγι-
στᾶνες καὶ οἱ παράκοιτοι καὶ αἱ παλλακαί σου οἶνον ἐπίνετε ἐν τοῖς
ἁγίοις σκεύεσι." διὰ τοῦτο ἀπεστάλη ἀστράγαλος χειρὸς ἐκ
προσώπου αὐτοῦ, καὶ τὴν γραφὴν αὐτοῦ ἐνέταξεν, ὡς προε-
γράφη.

Καὶ μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι Βαλτάσαρ Δαρεῖος παρέλαβε τὴν
βασιλείαν ὁ Μῆδος, ὁ καὶ Ἀρταξέρξης καὶ Ἀστυάγης, ἔτη ιζ΄.
ὃς ἔσχε γυναῖκα τὴν τοῦ Μαρδὸχ Ἐσθήρ, ἐπιλεχθεῖσαν διὰ κάλ-
λος ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν νεανίδων· ἥτις καὶ τὸν ἴδιον λαὸν τὸν Ἰου-
δαϊκὸν ἀναιρεῖσθαι μέλλοντα ἐξ ἐπιβουλῆς Ἀμὰν τοῦ ἀρχιστρατή-
γου λυτρωσαμένη, παρεσκεύασεν ἐκεῖνον ἀνασκολοπισθῆναι εἰς
D ὅπερ ξύλον ἐβουλεύσατο Μαρδοχαῖον τὸν ἑαυτῆς ἀνασκολοπίσαι
θεῖον, μὴ τιμῶντα αὐτὸν καὶ προσκυνοῦντα. φησὶ γάρ τις τῶν
μεγιστάνων "ἰδοὺ ξύλον ἔστησεν Ἀμὰν τῷ Μαρδοχαίῳ πηχῶν ν΄."
καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς "σταυρωθήτω Ἀμὰν ἐκεῖ." καὶ ἐγένετο οὕ-
τως κατὰ τὴν κέλευσιν τοῦ βασιλέως Ἀρταξέρξου. εἰκότως οὖν
πεπλήρωται ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα "ὁ ποιῶν πονηρὰ εἰς αὐτὰ ἐγκυ-
λισθήσεται, καὶ ὃς δ' ἂν ἐκκαύσῃ κακίαν, ἀπολεῖται ὑπ' αὐτῆς.
καὶ ὃς παρασκευάζεται δίκτυον ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πλησίον, περι-
βαλεῖ αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ ποσί. καὶ ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον

feras vixit, ac apud asinos silvestres habitavit, herbaque se bovis instar pavit, et caelesti rore corpus eius maduit, eo usque dum altissimum regna hominum gubernare eaque suo arbitrio concedere quibus vult intellexit. tu vero filius eius, animo nequaquam submisso, cum principibus concubinis et pellicibus tuis vinum de sacris vasis bibisti." eam ob rem summa apparuit ei ex adverso manus, cuius scripturae sententiam exquisivit; quae a nobis supra est scripta.

Hoc Baltasare interfecto Darius regnum obtinuit annos 17, Medus natione, qui Artaxerxes etiam nominatur et Astyages. is uxorem habuit Estheram, ob pulchritudinem ex Iudaicis puellis lectam, Mardochaei cognatam; quae populum Iudaicum, cui Aman copiarum regiarum praefectus summus internecionem erat machinatus, eripuit, effecitque ut is Aman in crucem istam tolleretur, quam in crucem statuerat Estherae avunculum Mardochaeum agere, quod ab eo honore affectus et adoratus non fuisset. dixit enim quidam principum "ecce Aman crucem Mardochaeo constituit, 50 cubitos altam," et rex iussit in eam crucem suffigi Amanem, itaque, uti imperaverat, factum est. ac sane tum impletum est illud scripturae "qui mala molitur, iis involvetur; et qui auctor facinoris mali existet, eo perdetur. qui rete alteri ponit, suis id pedibus

εἰς αὐτὸν ἐμπεσεῖται." καὶ "δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, δι' αὐτῶν
καὶ κολάζεται." ἐφ' οὗ Ἀρταξέρξου, τοῦ καὶ Ἀστυάγου, καὶ τῷ P 119
Δανιὴλ ὠράθησαν αἱ διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου ὀπτασίαι, καὶ ὁ χρόνος
ἐδηλώθη τῆς Χριστοῦ παρουσίας. ὅστις καὶ φθονηθεὶς ὑπὸ τῶν
μεγιστάνων διὰ τὸ μεγάλως τιμᾶσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐβλήθη
ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων· ὃς καὶ ἀβλαβὴς διετηρήθη τῇ χάριτι
τοῦ θεοῦ.

Μετὰ δὲ Δαρεῖον ἐβασίλευσε Κῦρος ὁ Πέρσης ἔτη λβ', ὃς ἀνελὼν Δαρεῖον πάσης γῆς ἐκράτησεν.

Ἐν τοῖς χρόνοις τῶν κριτῶν καὶ οἱ Ἀργοναῦται οἱ περὶ Ἰά-
σονα τὸν Θεσσαλονικέα καὶ Πολυδεύκην καὶ Ὕλαν καὶ Τελαμῶνα
καὶ τοὺς λοιποὺς πρὸς τὴν Κολχίδα ἐκπλέοντες, καὶ διὰ τοῦ ἀνά- B
πλου πρὸς τὴν Ποντικὴν θάλασσαν διαβῆναι θέλοντες, ἀντιστάν-
τος αὐτοῖς Κυζίκου τοῦ ἐν Ἑλλησπόντῳ τοπαρχοῦντος ἐν ναυμαχίᾳ,
τὸν μὲν ἐφόνευσαν, τὴν δὲ Κύζικον ἔλαβον, μητρόπολιν οὖσαν
Ἑλλησπόντου. καὶ μαθόντες ὅτι Κύζικος ὁ σφαγεὶς παρ' αὐτῶν
συγγενὴς ἦν αὐτοῖς, συγγνώμην ᾐτοῦντο, καὶ κτίζουσιν ἱερὸν θαυ-
μάσιον οἷον. πρὸς δὲ τὸ τῶν θερμῶν μαντεῖον γενόμενοι καὶ
θυσάμενοι ἐπύθοντο "προφήτευσον ἡμῖν, Φοῖβ' Ἄπολλον, τίνος
ἂν εἴη δόμος οὗτος;" καὶ ἀκούουσιν "ὅσα μὲν πρὸς ἀρετὴν καὶ C
κόσμον ὄρωρε, ποιεῖτε. ἐγὼ δὲ ἐφετμέω τρεῖν ἕνα μοῦνον ὑψι-
μέδοντα θεόν, οὗ λόγος ἄφθιτος ἐν ἀδαεῖ κούρῃ ἔγκυος ἔσται.

induet; ac qui foveam alteri fodit, in eam incidet." item "per quae aliquis delinquit, iisdem etiam punitur." sub hoc sive Artaxerxe sive Astyage Danielo angelorum princeps divina spectacula exhibuit, tempusque adventus Christi ei est indicatum. idem Danielus invidia principum, quod in magno esset apud regem honore, in leonum foveam proiectus, dei benignitate ibi incolumis est servatus.

Darium interfecit Cyrus Persa, regnumque annos 32 obtinuit, subacta omni regione.

Quo tempore iudices Israelico populo praefuerunt, Argonautae cum Iasone Thessalo Polluce Hyla Telamone ac reliquis in Colchidem navigaverunt. qui cum per fauces in Ponticum mare transire vellent, Cyzicum Hellesponti dominum navali praelio ipsos prohibere conantem interfecerunt, ac Cyzicum urbem Hellesponti primariam ceperunt. mox cognito Cyzicum sibi genere propinquum fuisse, venia postulata templum condidere admodum mirabile; atque ad oraculum, quod est ante Pythias thermas, profecti Phoebum Apollinem rogaverunt ut sibi ediceret cui ea aedes consecranda esset. responsum iis in hanc est sententiam:

assidua sublime decus virtute parate,
atque unum (sic mando) deum, qui cuncta gubernat
caelesti residens solio, colite atque timete.
illius aeternum, natum anteque saecula verbum
nescia virgo viri quondam partu tenera edet;

οὗτος ὥσπερ τόξον πυριφόρον μέσον διαδραμὼν ἅπαντα κόσμον, ζωγρήσας πατρὶ προσάξει δῶρον. αὐτῆς ἔσται δόμος οὗτος· Μαρία δὲ τοὔνομα αὐτῆς." τοῦτον τὸν χρησμὸν ἐν λίθῳ μαρμαρίνῳ χαλκέοις γράμμασι γράψαντες εἰς τὸ τοῦ ναοῦ ὑπέρθυρον ἀνέθεσαν, τότε μὲν καλέσαντες τὸν οἶκον Ῥέας μητρὸς θεῶν, ὕστερον δὲ ἐπὶ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως ναὸς τῆς ἁγίας θεοτόκου
D μετωνόμασται. ἐκεῖθεν τοίνυν οἱ Ἀργωναῦται ἐξορμήσαντες, καὶ διὰ τοῦ ἀνάπλου βουλόμενοι παρελθεῖν, ἐκωλύοντο ὑπὸ Ἀμύκου στρατευομένου κατ' αὐτῶν. δεδιότες οὖν κόλπῳ τινὶ ἀγρίῳ καὶ ἀλσώδει προσίσχουσι. κἀκεῖ ὀπτασίαν θείαν ἐξ οὐρανοῦ αὐτοῖς ἐπιφανεῖσαν ἐν ἀνδρὸς φοβεροῦ εἴδει, πτέρυγας ὡς ἀετοῦ περικειμένου, θεασάμενοι, τούτῳ καταθαρρήσαντες εἰς πόλεμον τῷ Ἀμύκῳ συμβάλλουσι. καὶ ἀποκτείναντες αὐτὸν ἔκτισαν ἐν τῷ τῆς ὀπτασίας τόπῳ ἱερόν. καὶ δι' εἰκόνος τῆς αὐτοῖς ὀραθείσης μορφῆς τὸ ἐκτύπωμα ἀναστηλώσαντες Σωσθένιον τὸ ἱερὸν ὠνόμασαν
P 120 διὰ τὸ ἐν τούτῳ αὐτοὺς σωθῆναι. τοῦτο τὸ ἱερὸν ὕστερον ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντῖνος κατ' ὄναρ χρηματισθεὶς μετεποίησε, καὶ τὸ μὲν θυσιαστήριον πρὸς ἀνατολὰς ὁρᾶν ἐτύπωσε, τὸν δὲ ναὸν τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ ἐκάλεσε, πᾶσαν καλλιεργίαν καὶ καρποφορίαν ἐν αὐτῷ τυπώσας. μετὰ δὲ τὴν νίκην Ἀμύκου οἱ Ἀργωναῦται μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὴν Ποντικὴν θάλασσαν ἐκπλεύσαντες πόλιν ἐδείμαντο ἐπὶ τῷ τοῦ Ἡρακλέους ὀνόματι. εἶτα διὰ τὸ χρυσοῦν δέρας ἐπὶ τὴν Κολχίδα διαπεράσαντες αὐτό τε καὶ

qui velut igniferis impulsa sagitta procellis,
edomitum reddet patri pro munere mundum.
huius, quam Mariae nomen manet, alma genitrix,
agnoscet templum proprium, sibi rite dicatum.

hoc oraculum aereis literis in marmor impressis conscriptum illi in supero portae limine posuerunt. atque ipsi quidem tunc aedem Rheae matris deum dixerunt, sed ea postea Zenone imperante templum sanctae dei genitricis denominata fuit. ex eo loco moventes Argonautae, cum vellent per Propontidem navigare, ab Amyco prohibiti sunt, ipsis obviam cum copiis profecto. cuius metu cum in sinum quendam desertum atque nemoribus obsitum naves subduxissent, conspicati sunt caelitus ipsis apparentem viri formam terribilis aquilinisque instructi pennis; quo viso confirmati pugnam cum Amyco conseruerunt, eoque interfecto, quo loco id visum ipsis oblatum fuerat, templum condiderunt; exemplarique eius quod apparuerat visum in statua expresso, templum a salute ibi parta Sosthenium nominaverunt. hoc postea Constantinus magnus, oraculo per quietem admonitus, mutavit, araque ad ortum solis conversa templum Michaelo angelorum principi consecravit, expressis in eo omnibus elegantiae et abundantiae operibus. victo Amyco Argonautae cum Heracle in mare Ponticum advecti sunt, urbemque Herculis cognominem condiderunt. inde aurei velleris causa in Colchidem cursum tenuerunt;

Μήδειαν τὴν τοῦ βασιλέως Κολχίδος θυγατέρα, Ἰάσονος ἐρασθεῖσαν, ἀνελόμενοι ὑπέστρεψαν. τότε καὶ Τρὼς τῆς Φρυγῶν χώρας ἦρχεν, ὁ Ἴλου καὶ Γανυμήδους πατήρ. οὗτος δύο πόλεις Τροίαν B καὶ Ἴλιον ᾠκοδόμησε, καὶ τοὺς ἀστυγείτονας εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τῶν πόλεων προσκαλεσάμενος τοῦ Μυκηναίων ἀνάσσοντος Ταντάλου ἐπελάθετο· ὃς καὶ εἰς ἔχθραν αὐτῷ διὰ τοῦτο ἀντεκατέστη. ἦν δὲ ὁ Τρὼς πρὸ τῆς τῶν πόλεων οἰκοδομῆς εὐξάμενος εὐχὴν τῷ Διί, θυσίας καὶ δῶρα πέμπων εἰς Εὐρώπην. καὶ ἐπεὶ αἱ πόλεις ἐτελέσθησαν, τὸν Γανυμήδην σὺν ἀνδράσι πεντήκοντα δῶρά τε καὶ θυσίας πρὸς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν ἐκπέμπει. Τάνταλος δὲ δόλον οἰηθείς, δύναμιν ἀποστείλας ἥρπασε Γανυμήδην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, οἳ καὶ ἔλεγον θυσίας κομίζειν τῷ Εὐρωπαίῳ Διί. ὁ δὲ Γανυμήδης διὰ τὴν αἰσχύνην ἅμα καὶ τὸν φόβον ἀρρωστεῖ, καὶ συγγνώμης C τυγχάνει, ἀλλὰ μετ' ὀλίγον τελευτᾷ. καὶ τὰ μὲν δῶρα τοῦ Ταντάλου κελεύσαντος τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀπεδόθη, τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ ἔνδον ἀπετέθη. ἐντεῦθεν ἐμυθεύσαντο τὸν Δία γενόμενον ἀετόν, διὰ τὸ τῆς ἁρπαγῆς ὀξύ, τὸν Γανυμήδην ἀναλαβεῖν εἰς τὸ οἰνοχοεῖν αὐτῷ.

Ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τῶν κριτῶν ἐβασίλευσε τῆς Εὐρώπης ὁ Λάπαθος, ἔσχε δὲ δύο υἱοὺς Ἀχαιὸν καὶ Λάκωνα. τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς εἰς δύο κατεμερίσθη ἡ ἀρχή. ὁ τοίνυν Λάκων τὴν ἡμίσειαν χώραν λαχὼν Λακωνικὴν ἐκάλεσεν· ἧς τριάκοντα τρεῖς χρόνους βασιλεύσας ἔκτισε πόλιν παράλιον τὴν Γαθυνίαν. D

et cum aureo vellere Medea etiam, regis filia Colchici, quae amore Iasonis correpta fuerat abducta, reversi sunt. eo tempore Tros Ili et Ganymedis pater Phrygiae imperavit. is duas urbes exstruxit, nempe Troiam atque Ilium; ad quarum dedicationem cum vicinos convocasset, Tantali Mycenarum regis oblitus fuit, atque hunc propterea sibi infensum habuit. voverat ante aedificatas urbes Tros Iovi victimas se ei et dona in Europam missurum. iccirco urbibus iam absolutis Ganymedem cum 50 viris dona et victimas ad templum Iovis allatum mittit. Tantalus vero dolum subesse suspicatus, misso exercitu Ganymedem cum comitatu rapuit, dicentes se Europaeo Iovi victimas afferre. Ganymedes turpitudine rei et metu consternatus in morbum incidit, impetrataque venia non multo post vita excedit. proinde munera Tantali iussu fano Iovis reddita sunt, et reliquiae Ganymedis in templo intus reconditae. hinc fabula conficta est, Ganymedem a Iove in aquilam converso (nempe ob celeritatem raptus) abreptum ac eius pincernam factum.

Eadem Iudicum aetate regnum Europae tenuit Lapathus. duos hic filios habuit, Achaeum et Laconem. itaque ipso mortuo regnum in duas partes est divulsum. Laco dimidiae regni parti, quae sibi obtigerat, nomen Laconicae indidit, et in ea triginta tres annos regnavit, urbemque maritimam Gathyniam aedificavit. post hunc alii quidam reges fue-

καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλοι τινὲς ἦρξαν ἕως Θεστίου, ὃς παρὰ τὸν Εὐρώταν ποταμὸν πόλιν οἰκοδομεῖ τὴν Θεστίαν. οὗτος ὁ Θέστιος τῶν Λακώνων βασιλεύσας τίκτει θυγατέρας τρεῖς εἰς ὑπερβολὴν εὐπρεπεῖς, Λήδαν καὶ Κλυτίαν καὶ Μελίππην, αἳ καὶ Λακωνίδες ἐκαλοῦντο. τὴν μέντοι Λήδαν Τυνδάρεως λαβὼν εἰς γυναῖκα, ὃς καὶ μετὰ Θέστιον τῆς τῶν Λακώνων χώρας ἐπεκράτησεν, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς τὴν Κλυταιμνήστραν, ἣν μετὰ ταῦτα Ἀγαμέμνων ἠγάγετο γυναῖκα, τῶν Μυκηναίων ὁ βασιλεύς. ἡ μέντοι Λήδα ἐν προαστείῳ παρὰ τὸν Εὐρώταν ὡραϊζομένη, ἐπεὶ Τυνδάρεως μὴ παρὼν P 121 ἦν, μοιχευθεῖσα ὑπὸ νεωτέρου τινὸς Κύκνου καλουμένου, υἱοῦ Ἐδερίωνος βασιλέως Ἀχαΐας, τίκτει βρέφη τρία ἐν ἑνὶ τοκετῷ, Κάστορα Πολυδεύκην καὶ Ἑλένην. ἦν δὲ ἡ Ἑλένη ὡραιοτάτη, ἣν ὁ Τυνδάρεως Μενελάῳ ἀδελφῷ Ἀγαμέμνονος, βασιλεύοντι τότε τῶν Ἀργείων, εἰς γυναῖκα ἐξέδοτο. εἰκῇ οὖν τὸν Δία κύκνον γενέσθαι καὶ τῇ Λήδᾳ συνελθεῖν μεμυθολογήκασιν οἱ ποιηταί.

Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ κριτοῦ Σαμψὼν Δάρδανος μὲν υἱὸς Ἴλου τῶν Φρυγῶν, Ἑλλήνων δὲ καὶ τῆς Ἑλλάδος Ἄβαντος ἔτη κγʹ ἐβασίλευσε. Προῖτος δὲ μετ' αὐτὸν ἔτη ιζʹ. τούτου ἡ γυνὴ Σθενέ- B βοια ἡ καὶ Ἄντεια Βελλεροφόντου ἐρῶσα, ὃν Προῖτος εὑρὼν χαμαιρριφῆ καὶ ἀναθρεψάμενος καὶ τιμῆς ἠξιωκὼς ὁμοδίαιτον εἶχε, τούτου μανικῶς ἐρῶσα ἡ Ἄντεια, πολλάκις τε προαγωγοὺς πεπομφυῖα, καὶ ἀποκρουσθεῖσα δι' ἀρετὴν τοῦ νέου καὶ πίστιν τὴν πρὸς τὸν εὐεργέτην, πρὸς τὸν ἄνδρα Προῖτον διαβάλλει. ὁ δὲ μὴ

runt usque ad Thestium, qui ad Eurotam fluvium urbem Thestiam fundavit. is Thestius Laconum rex tres longe pulcherrimas filias progeneravit, Ledam Clytiam Melippam nomine; quae et Laconides appellabantur. Ledam Tyndareus uxorem duxit, qui post Thestium Laconicae regno potitus est; et ex ea sustulit Clytaemnestram, quam postea temporis Agamemno Mycenarum rex coniugio sibi copulavit. verum Leda in suburbio ad Eurotam cum se absente Tyndareo oblectaret cum iuvene quodam cui Cygnus nomen, Ederion Achaeorum rex pater fuit, adulterium commisit; atque ex eo tres uno partu infantes edidit, Castorem nimirum, Pollucem atque Helenam. formosissima fuit Helena; quam Tyndareus Menelao regi eo tempore Argivorum, fratri Agamemnonis, nuptum tradidit. falso itaque poetae commenti sunt Iovem in olorem conversum cum Leda rem habuisse.

Samsone Iudaeos gubernante Dardanus Ili F. Phryges, Graecos Abas annos 23 rexit. post Abantem Proetus annos 17. huius uxor Stheneboea, quae etiam Anteia appellatur, Bellerophontis amore capta (eum expositum Proetus invenerat, educaverat, multoque honore dignatus contubernalem habebat) hunc ergo cum deperiret Anteia, ac saepenumero missis internuntiis repulsam ab iuvene virtute praedito et benefactori suo fideliter grato passa esset, hunc apud maritum falso accusat crimine. Proetus sibi eius vitae, quicum communem salem vesci consuevisset,

εἶναι νόμον ἔφη τῷ ἁλῶν κοινῶν μετασχόντι εἰς ψυχὴν ἐπιβουλεῦσαι· ἀλλὰ τῷ σῷ πατρὶ Ἰοβάτῃ γράψας αὐτὸν ἀποστελῶ, μεθ' οὗ οὐδέποτε ἔφαγεν ἄρτον, καὶ αὐτὸς τοῦτον ἀναιρήσει. γράψας οὖν καὶ σφραγῖδι σφραγίσας βασιλικῇ τὸ γράμμα ἀποστέλλει. ἀπῄει δὲ οὗτος μηδὲν ὑφορώμενος κακόν. εὑρίσκει οὖν αὐτὸν ἐν τῷ ἀρίστῳ, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ γαμβροῦ ἀπεσταλμένον ὁμοτράπεζον C ἐποίησε. μετὰ δὲ ταῦτα ἀναγνοὺς τὸ γράμμα· οὔτε φονεύειν διὰ τὸν τῆς συνεστιάσεως νόμον εὐχερῶς εἶχεν, ἀλλὰ καὶ συκοφαντίαν τὸ πρᾶγμα ἐκ τεκμηρίων πλειόνων καταμαθὼν ἐφείσατο αὐτοῦ. οὕτως οἶδεν ἀρετὴ τὸν κεκτημένον ἀπολυτροῦσθαι κακῶν. μετὰ δὲ Προῖτον ὁ δεύτερος Ἀκρίσιος ἐβασίλευσεν ἔτη λα'. μεθ' ὃν Πέλοψ ἔτη λβ', ὃς καὶ πόλιν κτίσας Πελοπόννησον ταύτην ὠνόμασεν· ἐξ οὗ καὶ Πελοποννήσιοι οἱ Ἑλλαδικοὶ λέγονται.

Τότε καὶ Δημόκριτος ἐγνωρίζετο φιλόσοφος, ὃς ἐδίδασκε πρὸς τοῖς ἄλλοις ὅτι δεῖ τὸν φιλοσοφεῖν ἐθέλοντα πάντων ἀπέχε- D σθαι κακῶν, σωφροσύνην ἀσκεῖν, καὶ πάντα ὀρθῶς νοεῖν καὶ πράττειν, καὶ οὕτως ἔστι τὸ ἐννεαγράμματον μαθεῖν· καὶ οὕτως, φησίν, ὄψει τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον, τὸν ἀπαθῆ, παθητὸν νεοφανῆ.

Τούτῳ συνήκμαζε καὶ Ἱπποκράτης φιλοσοφῶν καὶ ἰατρικὴν ὡς ἄριστα κατορθούμενος. ᾧ ἦν ἀδελφὸς Σώσανδρος ὀνομαζόμενος καὶ τὴν ἱππιατρικήν, ἅμα δὲ καὶ πάντων τῶν κτηνῶν τέχνην

periculum creare nefas esse causatus, missurum se eum ad Anteiae patrem Iobatem dixit, una cum literis: ab hoc illum, quod communi mensa usi nunquam sint, interfectum iri. ita Bellerophontem cum literis regio sigillo suo obsignatis ad eum mittit, nihil mali suspicantem. pervenit ergo ad Iobatem, forte tum prandentem; qui Bellerophontem, ut a genero missum, statim mensae adhibuit. inde lectis literis neque iam necare hominem lege communicatae mensae permittebatur, et calumnia eum circumventum ex multis evidentibus signis deprehendens pepercit. ita virtus eum qui ea praeditus est malis liberare valet. Proeto successit Acrisius posterior, et regnavit annos 31. post eum Pelops annos 32. qui urbem nomine Peloponnesum condidit, unde etiam Graeci Peloponnesiorum nomen traxerunt.

Ea aetate Democritus innotuit philosophus; qui praeter alia docuit eum qui velit philosophari, debere omnibus abstinere vitiis, temperantiae studere, omnia recte agere atque facere: ita demum licere cognitione eorum quae novem literis notata sunt potiri: sic, inquit, videbis filium dei verbum omnis perpessionis expers, quod ipsum denuo perpessionibus obnoxium apparuit.

Floruit tunc etiam Hippocrates philosophus et praestantissimus medicus. frater huic fuit Sosander (id nomen viros servantem designat),

μετερχόμενος· πρὸς ὃν φασιν εἰρηκέναι τὸν Ἱπποκράτην "ἢ τὸ ὄνομα μετάβαλε ἢ τὴν τέχνην μετάμαθε."

P 122 Μετὰ Πέλοπα ἐβασίλευσεν Ἀτρεὺς ἔτη κ', εἶτα Θυέστης ἔτη ιβ', μεθ' ὃν Ἀγαμέμνων ἔτη ιη', εἶτα Αἴγισθος ἔτη ζ'. κατέσχεν οὖν ἡ βασιλεία Ἑλλήνων ἤτοι Πελοποννησίων ἔτη ἑκατὸν ἑξήκοντα τέσσαρα.

Ἐν τοῖς ἀνωτέρω τῶν εἰρημένων χρόνοις Μίνως τῆς Κρήτης, ὁ υἱὸς τῆς Εὐρώπης, ἐβασίλευσε, καὶ θαλασσοκρατῶν Ἀθηναίους ἐπολέμει καὶ νόμους ἐξετίθει. τότε καὶ Δαίδαλος καὶ ὁ Ἴκαρος καὶ ὁ Ταῦρος ἕνεκεν τῆς Πασιφάης τῆς Μίνωος ἐθρυλοῦντο γυναικός. ἐκ τοῦ Ταύρου μὲν οὖν νοταρίου αὐτῆς ὄντος μοιχευθεῖσα ἔτεκεν υἱόν, ὃς Μινώταυρος ἐκλήθη. ἡ δὲ Πασιφάη
B ὑπὸ Μίνωος μετὰ δύο δουλίδων κλεισθεῖσα ἐν οἰκήματι νόσῳ τελευτᾷ. Ἴκαρος δὲ τῆς εἱρκτῆς ὑπαλύξας, ὡς ἔπλει, ἐποντίσθη. Δαίδαλος δὲ ἐσφάγη.

Ἡρακλῆς δὲ καὶ αὐτός, ὁ τοῖς ἄθλοις πολυθρύλητος, μετὰ τὴν ἀπὸ Κολχίδος μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν ὑποστροφὴν ἐν Λιβύῃ γενόμενος καὶ Ἀνταίῳ συμβαλὼν δαιμονιώδη τινὰ καὶ μυσαρὰ φάσματα τελοῦντι, καὶ νικήσας αὐτόν, νόσῳ λοιμώδει περιπίπτει, καὶ μανεὶς εἰς πῦρ ἑαυτὸν ῥίψας τελευτᾷ.

Μετὰ Μίνωα Μινώταυρος ὁ Πασιφάης καὶ Ταύρου βασιλεύει. ὕβριν δὲ οἱ συγκλητικοὶ τὸ ὑπὸ μοιχογεννήτου βασιλεύε-

qui et Hippocraticam et veterinariam artem tractabat. huic ferunt Hippocratem dixisse "vel nomen muta vel artem dedisce."

Post Pelopem regnum tenuit Atreus annos 20, inde Thyestes 22, tum Agamemnon 18, post Aegisthus 7. duravit ergo regnum Graecorum sive Peloponnesiorum annos 164.

Superioribus aliquanto temporibus Minos Iovis et Europae F. Cretae regnum tenuit; cumque classe plurimum valeret, Atheniensibus bellum fecit et leges posuit. tunc et Daedali Icari ac Tauri nobilibus fabulis Pasiphae Minois uxor occasionem praebuit. ea cum Tauro scriba suo adulterio commisso, filium peperit qui Minotaurus fuit appellatus. ipsa autem una cum duabus ancillis in carcerem inclusa ex morbo periit. Icarus cum ex carcere profugus navigaret, in mari periit. Daedalus iugulatus est.

Hercules autem, is cuius aerumnae in omnium sunt ore, ex Colchide cum Argonautis reversus in Africam venit: ibi Antaeum, portentosis daemonum et abominandis utentem praestigiis, congressus cum superasset, in morbum pestilentem incidit, versusque in furorem se ipsum in ignem coniecit, itaque periit.

Post Minoem Minotaurus Pasiphaae et Tauri filius regnum inivit. at senatores probro sibi ducentes, si ex adulterio natum regem habe-

σθαι ἡγούμενοι, Θησέα προτρέπονται τὸν υἱὸν Αἰγέως βασιλέως Θεσσαλίας εἰς πόλεμον κατ᾽ αὐτοῦ διαπερᾶν. ὑπισχνοῦνται δὲ αὐτῷ C αὐτόν τε προδοῦναι Μινώταυρον καὶ Ἀριάδνην τὴν Μίνωος καὶ Πασιφάης καὶ πᾶσαν Κρήτην. διαπερᾷ γοῦν εἰς τὴν Κρήτην ἐξαίφνης ὁ Θησεύς. ὁ γοῦν στρατηγὸς καὶ πάντες τὸν Μινώταυρον ἐν Γορτύνῃ ἀφέντες σχῆμα φυγῆς ἐποιήσαντο. γνοὺς δὲ αὐτὸς τὴν προδοσίαν φεύγει εἰς τὴν Λαβυρίνθων χώραν, καὶ ἐν σπηλαίῳ λανθάνει κρυβείς, ἕως ὑπό τινος τῷ Θησεῖ μηνυθεὶς ἐσφάγη. ὁ δὲ Θησεὺς εἰς Γορτύνην εἰσελθὼν ἐθριάμβευσεν. Αἰγεὺς δὲ ὁ τούτου πατὴρ τὴν φυγὴν ἀκούσας τῶν Κρητῶν, καὶ ὡς δόλῳ ὑπονοήσας ἀπώλετο Θησεύς, λύπῃ καταποθεὶς ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἀπεπνίγη· ὅθεν καὶ Αἰγαῖον τὸ πέλαγος ὠνόμασται. D ὁ δὲ Θησεὺς τὴν Κρήτην ἐάσας, καταφρονήσας δὲ καὶ Ἀριάδνης, ἥτις ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς παρεδρεύουσα παρθένος, ὥς φασι, τελευτᾷ, τῆς Θεσσαλίας βασιλεύσας ἠγάγετο γυναῖκα Φαίδραν. ἣ καὶ ἐσυκοφαντήθη ὡς Ἱππολύτῳ, υἱῷ μὲν Θησέως ἐκ παλλακῆς αὐτῆς δὲ προγόνῳ, πορνικῶς μιγεῖσα. ὁ μὲν οὖν Ἱππόλυτος ἔφιππος σύαγρον διώκων τοῦ ἵππου ἐξετινάχθη, τοῦ δὲ λώρου τοῦ χαλινοῦ περιελιχθέντος τοῖς δακτύλοις αὐτοῦ ἐσύρη ὑπὸ τοῦ ἵππου, καὶ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τελευτᾷ. ἐφ᾽ ᾧ ὁ Θησεὺς σφοδρῶς ἀνιαθείς, ἀλλὰ καὶ τὴν Φαίδραν καίτοι πολλὰ ἐξομνυμένην λοιδορήσας ἀπὸ P 123 ὄψεως ἐποίησεν. αὐτὴ δὲ τῇ ὑπερβολῇ τῆς θλίψεως δεινοπαθήσασα ἐτεθνήκει. τότε καὶ Εὐρυσθεὺς ἐκράτει τῶν Λακεδαιμονίων

xus es, Antiocho impio regnante. atque huic tum triennium dediti, mox Maccabaeorum opera rursum praeclara statuistis tropaea. nunc nihil tale, sed prorsus omnia contraria fiunt; quod maxime mirandum est. nam et flagitiorum minus est et plus poenarum, neque ulla mutationis spes. neque enim 70 tantum anni elapsi sunt, sed multo plures; neque vel umbram spei licet invenire, et quidem neque simulacrorum cultu id vobis merentibus, ut olim, neque aliis solitis facinoribus.

Ut autem apertius atque plenius ista enarremus, altius paulo res repetenda est. ter in servitutem acti sunt Iudaei, nunquam non praedictam: nam divina iustitia iis et tempus et locum et modum et afflictionem et reditum aliaque omnia accuratissime praedici curavit. de prima seu Aegyptiaca deus Abrahamum ita praemonuit (Gen. 15) "hoc certo scias, progeniem tuam in peregrino solo inquilinam fore, servituteque pressum et afflictum iri annos 400. seculo quarto huc redibunt." de secunda Ieremias ita vaticinatus fuerat (cap. 29) "sic fatur dominus. exactis Babylone 70 annis vos invisam, ac laeta mea promissa implebo. reducam vos in patriam servitute liberatos, colligamque vos ex omnibus populis et locis quo vos disieceram, inquit dominus.

ἀπῴκισα ὑμᾶς ἐκεῖθεν." δύο μὲν τοιαύτας δουλείας ὁ λόγος διὰ συντόμου ἀπέδειξε, μετὰ προφητείας ἐπελθούσας αὐτοῖς, καὶ οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀπροσδοκήτως. λείπεται οὖν δὴ λοιπὸν τὴν τρίτην ἐπαγαγεῖν. εἶτα καὶ περὶ τῆς νῦν τετάρτης κατεχούσης αὐτοὺς εἰπεῖν δεῖ, καὶ δεῖξαι σαφῶς ὅπως οὐδὲ εἷς προφήτης ἐπηγγείλατο λύσιν ἔσεσθαί τινα τῶν κατεχόντων αὐτοὺς κακῶν οὔτε D μὴν ἀπαλλαγὴν τὸ σύνολον.

Τίς οὖν ἐστὶν ἡ τρίτη; ἡ ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς. ἐπειδὴ γὰρ Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Δαρεῖον καθελὼν εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν ἀρχήν, τελευτήσαντος τούτου πολλοὶ μετ' ἐκεῖνον ἐγένοντο βασιλεῖς, ἀφ' ὧν εἷς καὶ οὗτος ὁ Ἀντίοχος μετὰ πολὺν ὕστερον χρόνον τό τε ἱερὸν ἐνέπρησε, τά τε ἅγια τῶν ἁγίων ἠρήμωσε, τάς τε θυσίας καθεῖλε, τούς τε Ἰουδαίους ὑπέταξε, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν κατέλυσε πᾶσαν. καὶ ταῦτα πάντα μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης καὶ μέχρι μιᾶς ἡμέρας προηγόρευτο παρὰ τοῦ Δανιήλ, καὶ πότε ἔσται καὶ πῶς καὶ παρὰ τίνι καὶ τίνι τρόπῳ, καὶ ποῦ τελευτήσει, καὶ τίνα λήψεται μεταβολήν. εἴ- P 229 σεσθε σαφέστερον αὐτῆς ἀκούσαντες τῆς ὁράσεως, ἃ διὰ παραβολῆς ὑμῖν ὁ προφήτης ἀνήγγειλε. κριὸν μὲν καλεῖ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα Δαρεῖον, τράγον δὲ τὸν τῶν Ἑλλήνων Ἀλέξανδρον, βασιλέα τῶν Μακεδόνων. τέσσαρα δὴ κέρατα λέγει τοὺς μετ' ἐκεῖνον ἀναστάντας, ἀφ' ὧν ὕστερον κέρας αὐτὸς ὁ Ἀντίοχος ἔφυ. φησὶ γάρ "εἶδον ἐν ὁράματι, καὶ ἰδοὺ κριὸς ἑστηκώς, καὶ αὐτῷ κέρατα ὑψηλά, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου. καὶ τὸ ὑψη-

ac restituam vos eo unde vos abduxi." haec ergo duo exsilia compendio sunt explicata; atque iuxta ea oracula evenerunt ipsis neque gravia adeo neque insperata. restat ut tertiam referamus calamitatem eorum, ac deinde de quarta dicamus, in qua hodieque sunt; demonstremusque aperte neminem vatum iis malorum vel mitigationem, nedum finem promisisse.

Quae ergo est tertia? in quam ab Antiocho Epiphane sunt con iecti. mortuo enim Alexandro Macedonum rege, eo qui Dario victo rerum summam ad se transtulerat, multi postea reges exstiterunt. ex quibus ortus etiam Antiochus ille longo post tempore templum combussit, sanctum adytum vastavit, sacrificia abolevit, Iudaeos subegit, eorumque rem publicam evertit. haec omnia exactissime, etiam dierum numero praecise annotato, Danielus praedixit, quando singula, qui, per quem et quo modo essent futura, quem finem, quam mutationem habitura. haec liquidius cognosces, si Danielicam visionem audias exponi. in qua vates per ambages nomine arietis Darium regem Persarum notat, hirci Graecorum Macedonumque regem Alexandrum, 4 cornuum reges qui ei successerunt; de quibus posterius cornu enatum est, Antiochus nimirum. verba eius sunt (cap. 8) "vidi divinitus apparentem visionem. ecce stabat aries cornibus elatis, quorum unum erat altero sublimius,

λὸν ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτων. καὶ εἶδον τὸν κριὸν κερατίζοντα κατὰ
B θάλασσαν καὶ βορρᾶν καὶ νότον, καὶ τὰ θηρία πάντα οὐ στήσεται ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ καὶ ἐμεγαλύνθη." τὴν δύναμιν λέγει τὴν Περσικήν, ἣ πᾶσαν ἐπέδραμε τὴν γῆν. εἶτα περὶ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου διαλεγόμενός φησι "καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ Λιβὸς καὶ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἦν ἁπτόμενος τῆς γῆς. καὶ τῷ τράγῳ ἐκείνῳ κέρας ἐθεωρεῖτο ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ." εἶτα λέγων τὴν πρὸς Δαρεῖον προσβολὴν καὶ συμβολὴν αὐτοῦ γενομένην καὶ τὴν κατὰ κράτος νίκην, "ἦλθε" φησὶν "ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, καὶ ἠγριώθη, καὶ ἔπαισε τὸν κριόν, καὶ συνέτριψεν
C ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ." ἔπειτα διηγούμενος τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν καὶ τὴν τῶν τεσσάρων βασιλέων διαδοχήν, ἐπάγει λέγων "καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν συνετρίβη τὸ κέρας τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη κέρατα τέσσαρα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ." ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου βασιλείαν ἐλθών, καὶ δεικνὺς ὅτι ἐξ ἑνὸς ἐκείνων τῶν τεσσάρων ἐστί, πάλιν φησί "καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἑνὸς ἰσχυρόν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς νότον καὶ πρὸς ἀνατολήν." καὶ σημαίνων ὅτι τὴν Ἰουδαϊκὴν πολιτείαν καθελεῖ, φάσκει "καὶ δι' αὐτὸν θυσία ἐταράχθη παραπτώματι, καὶ ἐγενήθη καὶ κατευοδώθη αὐτό. καὶ τὸ ἅγιον ἐρημωθήσεται,

idque posteriore loco surgebat. vidique eum cornibus ictum edentem adversus mare, aquilonem et austrum; neque ullum animal poterat eum subsistere, neque erat qui ab eo defenderet. itaque suo arbitratu agebat ac magnificus erat." his verbis exprimitur regnum Persicum, cuius potentia orbem terrarum pervagata est. inde loquitur de Alexandro Macedone: "ecce autem hircus caprinus ingruebat a parte qua spirat Africus, super universam terram, neque tamen terram attingebat; conspiciebaturque inter oculos eius cornu exstans." postea conflictum eius cum Dario ac victoriam de eo describens "venit" inquit "hircus iste usque ad cornutum illum arietem, et efferatus eum percussit, amboque eius cornua contrivit, neque erat qui vim eius ab ariete defenderet." inde Alexandri exitum depingens quattuorque regum successionem, haec infert "cum autem hircus magnam esset potentiam adeptus, magnum cornu eius frangitur, atque infra illud erumpunt alia quattuor cornua spectantia ad quattuor plagas mundi." porro ad Antiochi regnum perveniens, illumque monstrans ex uno illorum quattuor cornuum exstitisse, rursum dicit "et exiit de uno illorum cornu validum, ingensque factum est versus meridiem et ortum." tum indicans ab eo Iudaicam rem publicam abolitum iri, addit (cap. 11) "ille peccato sacrificium conturbabit, contraque id rem prospere gessit, ac templum vastabitur, et loco

καὶ γενήσεται περὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία." τοῦ γὰρ βωμοῦ καθαιρεθέντος καὶ τῶν ἁγίων καταπατηθέντων εἴδωλον ἔστησεν ἔνδον, D καὶ θυσίαν ἐπετέλει τοῖς δαίμοσι παρανόμως. ὅθεν φησίν "ἐρρίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἐποίησε, καὶ εὐωδώθη." εἶτα πάλιν ἐκ δευτέρου τὴν αὐτὴν βασιλείαν Ἀντιόχου ἐπιφανοῦς λέγων καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν ἅλωσιν καὶ τὴν ἐρήμωσιν τοῦ ἱεροῦ, προστίθησι καὶ τὸν χρόνον. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, αὖθις πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου καὶ τὰ μεταξὺ πάντα διηγησάμενος ὅσα οἱ Πτολεμαῖοι καὶ οἱ Σέλευκοι συρραγέντες ἀλλήλοις ἐποίησαν καὶ οἱ στρατηγοὶ τούτων εἰργάσαντο, τοὺς δόλους τὰς νίκας τὰς στρατείας τὰς μάχας τὰς ναυμαχίας τὰς πεζομαχίας, P 230 προϊὼν εἰς Ἀντίοχον τελευτᾷ πάλιν, καὶ φησὶ "βραχίονες ἐξ αὐτοῦ στήσονται, καὶ βεβηλώσουσι τὸ ἁγίασμα, καὶ μεταστήσουσι τὸν ἐνδελεχισμόν," τὰς συνήθεις λέγων θυσίας καὶ καθημερινάς, "καὶ δώσουσιν εἰς αὐτὸν βδέλυγμα, καὶ τοὺς ἀνομοῦντας διαθήκην" τουτέστι τοὺς παραβαίνοντας τῶν Ἰουδαίων "ἀπάξουσιν ἐν ὀλισθήμασι μεθ' ἑαυτῶν καὶ μεταστήσουσι, καὶ λαὸς γινώσκων τὸν θεὸν αὐτοῦ κατισχύσουσι" τὰ ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων λέγων καὶ τὰ ἐπὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος καὶ Ἰωάννου, "καὶ οἱ συνετοὶ λαοῦ συνήσουσιν εἰς πολλά. καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν φλογί" τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως ἐξηγούμενος πάλιν "καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ἐν διαρπαγῇ ἡμερῶν· καὶ ἐν τῷ ἀσθενῆσαι B αὐτοὺς βοηθήσονται βοήθειαν μικράν" ἐμφαίνων ὅτι μεταξὺ τῶν κακῶν ἐκείνων δυνήσονται ἀναπνεῦσαι καὶ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῶν

sacrificii erit flagitium." nam Antiochus altari subverso sacrisque conculcatis in templo simulacrum statuit, ac contra legem daemonibus sacrificavit. ideo vates dicit "et humi prostrata est iustitia, contraque illam rem prospere gessit." rursum deinde ipsum illud Antiochi Epiphanis regnum Iudaeorumque cladem et excidium atque vastationem templi referens, tempus etiam commemorat. nam rursus initio petito ab Alexandri regno sub finem libri, eaque omnia persecutus oratione quae ab eo Ptolemaei et Seleuci intestinis bellis congressi invicem facturi essent eorumque ductores dolos victorias expeditiones navalia et terrestria praelia, progressus ad Antiochi usque regnum ita concludit "et brachia ex eo existent, quae sacrarium profanabunt, et iuge sacrificium abolebunt atque polluent, et eos qui testamentum violant (hoc est, Iudaeos a lege deficientes) abducent in lubricitatibus suis atque transferent; superabitque eos populus qui deum cognoscit (Maccabaeos innuit et res a Iuda Simone ac Ioanne gestas), ac prudentes de populo multa intelligent. atterentur autem caedibus et incendiis (incendium urbis rursum designat) et servitute ac direptionibus. atque in suis angustiis modicum eis feretur auxilium (indicans eos inter sua mala respi-

κατειληφότων αὐτοὺς δεινῶν, "καὶ προστεθήσονται πρὸς αὐτοὺς πολλοὶ ἐν ὀλισθήμασι, καὶ ἀπὸ τῶν συνιέντων ἀσθενήσουσι" δεικνὺς ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἑστώτων πεσοῦνται. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν συνεχώρησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν τοσούτοις κακοῖς γίνεσθαι. τίς δὲ αὕτη; "τοῦ πυρῶσαι" φησὶν "ἐν αὐτοῖς καὶ τοῦ ἐκλέξασθαι καὶ τοῦ ἐκλευκᾶναι ἕως καιροῦ πέρας." ταῦτα γάρ φησιν ὁ θεὸς συνεχώρησεν ὥστε αὐτοὺς ἐκκαθᾶραι καὶ δεῖξαι τοὺς ἐν αὐτοῖς δοκίμους. εἶτα διηγούμενος αὐτοῦ ἐκείνου τὴν δύναμιν C ἔφη "καὶ ποιήσει κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ὑψωθήσεται καὶ μεγαλυνθήσεται." καὶ μέντοι καὶ τὴν βλάσφημον αὐτοῦ γνώμην λέγων προσέθηκεν ὅτι ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν θεῶν λαλήσει ὑπέρογκα καὶ κατευθυνεῖ μέχρι συντελεσθῆναι τὴν ὀργήν, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας γνώμης ἀλλὰ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων οὕτως ἐκεῖνος ἐκράτει καὶ ἴσχυεν. εἰπὼν οὖν δι' ἑτέρων πλειόνων ὅσα κακὰ ἐργάσεται τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Παλαιστίνην, καὶ πῶς ἐπανήξει καὶ τίνος καλοῦντος καὶ ποίας αἰτίας καταναγκαζούσης, λέγει λοιπὸν καὶ τὴν μεταβολὴν τῶν πραγμάτων τούτων, καὶ ὅτι δίκην δόντες οἱ Ἰουδαῖοι διὰ τούτων ἁπάντων τεύξονταί τινος ἀντιλήψεως, ἀγγέλου πεμφθέντος εἰς τὴν D ἐκείνων βοήθειαν· "ἐν τῷ καιρῷ" γάρ φησιν "ἐκείνῳ ἀναστήσεται Μιχαὴλ ὁ μέγας ἄρχων, ὁ ἐφεστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου. καὶ ἔσται καιρὸς θλίψεως οἷος οὐ γέγονεν ἀφ' οὗ γεγένηται ἔθνος ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἕως τοῦ καιροῦ ἐκείνου. καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται λαὸς πολὺς ὁ γεγραμμένος ἐν τῇ βίβλῳ,"

rare posse et ex iis aliquatenus emergere). et accedent iis multi in lubricitatibus, multique prudentum deficient," innuens etiam eorum qui stabant multos lapsuros. deinde etiam causam refert cur deus eos passus sit in tantas calamitates devenire: "ut" inquit "eos igne exploraret ac probaret et usque ad definitum tempus purgaret." hoc indicat deum ista fieri sivisse, uti eos expurgaret, et qui inter eos probi essent ostenderet. deinde eiusdem Antiochi potentiam demonstrans ait "agetque pro libito suo, exaltabitur, et fiet magnificus." impietatem quoque eius expressit: "superbe" inquit "deo deorum obloquetur; et rebus secundis utetur, dum irae finis fiat," ostendens Antiochum non a se ipso, sed propter dei iram adversus Iudaeos conceptam tantum potentiae adepturum. inde pluribus verbis complexus quae is mala Aegypto Palaestinaeque iniuncturus, quomodo rediturus, quo vocante et qua necessitate urgente, tandem etiam mutationem istarum rerum exponit. et quod Iudaei istis omnibus cladibus puniti tandem auxilium consequentur, misso ad eos tutandos angelo. "eo" inquit "tempore exsurget Michaelus magnus princeps, patronus populi tui. ad eum usque diem calamitatis tempus erit, quae tanta ingruet quanta ab omni hominum memoria nulla fuit. eo autem die magna servabitur multitudo, scripta in libro," id

τουτέστιν οἱ σωτηρίας ὄντες ἄξιοι. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον οὔπω καὶ νῦν ἀποδέδεικται. τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ὅτι καὶ χρόνους ὥρισεν ἐν τοῖς κακοῖς τούτοις, ὥσπερ ἐκεῖ ἔτη τετρακόσια καὶ μετὰ ταῦτα ἑβδομήκοντα. ἴδωμεν τοίνυν καὶ ἐνταῦθα εἴ τινα χρόνον ὁρίζει. ποῦ δὴ τοῦτο ἔστιν εὑρεῖν; ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα λεχθησομένοις. ἐπειδὴ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἤκουσε κακά, τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως, τὴν ἀνατροπὴν τοῦ νόμου, τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐπι- P 231
θυμεῖ λοιπὸν τὸ τέλος αὐτῶν μαθεῖν, καὶ εἴ τις ἔσται τῶν συμφορῶν τούτων μεταβολή. καὶ διερωτῶν ἔλεγεν οὕτως "κύριε, τί τὰ ἔσχατα τούτων; καὶ εἶπε· δεῦρο Δανιήλ, ὅτι ἐμπεφραγμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι ἕως καιροῦ πέρας," τὸ ἀσαφὲς τῶν εἰρημένων αἰνιττόμενος. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς συγχωρήσεως τῶν κακῶν· "ἕως ἂν ἐκλεγῶσι καὶ ἐκλευκανθῶσι καὶ πυρωθῶσι πολλοί, καὶ ἀνομήσουσιν ἄνομοι, καὶ οὐ συνήσουσι πάντες ἀσεβεῖς, καὶ νοήμονες νοήσωσιν." εἶτα τὸν καιρὸν προλέγων ὅσον μέλλει κατέχειν αὐτοὺς τὰ δεινά, φησὶν "ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως ἐνδελεχισμοῦ." ἐνδελεχισμὸς δὲ ἐκαλεῖτο ἡ καθημερινὴ θυσία· τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς τὸ πυκνὸν καὶ συνεχές ἐστιν. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἰουδαίοις καὶ ἐν B
πρωῒ καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ θεῷ θύειν, καὶ διὰ τοῦτο ἡ θυσία ἐκείνη ἐνδελεχισμὸς ἐλέγετο. "καὶ ἤλλαξε." διὰ τοῦτό φησιν ὁ ἄγγελος ὅτι ἀπὸ καιροῦ τῆς ἀλλάξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς καταλύσεως τῆς θυσίας, εἰσὶ δὲ ἡμέραι ασϙ', ὅπερ ἐστὶν ἔτη τρία ἥμισυ. εἶτα δηλῶν ὅτι καὶ λύσις τῶν κακῶν τούτων ἔσται καὶ ἀπαλλαγή, ἐπήγαγε "μακά-

est, ii qui salute digni sunt. sed quod praecipue quaerebatur, nondum demonstravimus, nimirum tempus malorum istorum. nam sicut primae calamitati 400 annos definivit deus, secundae 70, ita videamus an hic quoque certum tempus statuatur. id ergo invenimus in iis verbis quae apud vatem sequuntur. postquam Danielus inaudivit de calamitatibus istis multis atque magnis, de incendio urbis, legis abrogatione et servitute populi, cupit tandem eorum finem cognoscere, et si qua sit futura istorum malorum mutatio. itaque sic interrogat (cap. 12) "domine, quis horum erit finis?" et respondetur "vade Daniele, quia sermones isti usque ad exitum temporis obsignati sunt." ita obscuritas dictorum innuitur. additurque causa cur permissum sit ea mala incidere: "donec" inquit "eligantur atque igne perpurgentur multi, et impii impie agent, neque sapient scelesti, prudentes autem sapient." inde tempus nominat, quamdiu mala ista essent Iudaeos pressura. "ab eo" inquit "tempore, quo sacrificium iuge mutatum fuerit." iuge seu assiduum sacrificium vocatur quotidianum: quotidie enim Iudaei mane ac vesperi solebant deo rem sacram facere. ab eius ergo mutatione, hoc est ab eius abolitione, dies sunt 1290, nimirum anni 3 s. deinde malorum istorum finem fore infert: "beatus qui perfert et sustinet usque

ριος ὁ ὑπομείνας καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας ‚ατλε',” ταῖς ‚ασλ' με' προσθείς, ἐπειδὴ ἐν μηνὶ καὶ ἥμισυ μηνὸς τὴν συμβολὴν συνέβη γενέσθαι, ἐν ᾗ γέγονε καθαρὰ ἡ νίκη καὶ ἡ παντελὴς τῶν ἐπικει-
C μένων κακῶν ἀπαλλαγή. εἰπὼν γὰρ “μακάριος ὁ ὑπομείνας καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας ‚ατλε'” τὴν ἀπαλλαγὴν ἐδήλωσε. καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν “ὁ φθάσας.” ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀσεβησάντων εἶδον τὴν μεταβολήν, οὐκ ἐκείνους μακαρίζει, ἀλλὰ τοὺς ἐν τοῖς καιροῖς τῶν κακῶν ὑπομείναντας καὶ μὴ προδόντας τὴν εὐσέβειαν καὶ τῆς ἀνέσεως τυχόντας. ἆρά τι τούτων σαφέστερον γένοιτ' ἄν;

Ὥρα δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἐλθεῖν καὶ τὴν παροῦσαν αἰχμαλωσίαν καὶ δουλείαν, δι' ἣν καὶ πάντα κεκινήκαμεν ταῦτα. ὅτι μὲν οὖν αἱ τρεῖς προανηγορεύθησαν αἰχμαλωσίαι, ἡ μὲν ἔτη ἔχουσα υ', ἡ δὲ ο', ἡ δὲ τρία ἥμισυ, ἱκανῶς ἐντεῦθεν ἡμῖν, ὡς
D οἷόν τε, ἀποδέδεικται. φέρε δὴ λοιπὸν καὶ περὶ ταύτης εἴπωμεν. ὅτι γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐσχάτης τετάρτης καὶ τελευταίας προανεφώνησεν ὁ προφήτης οὗτος, αὐτὸν παρέξομεν τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, τὸν τὰ ἐκείνων φρονοῦντα. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὰ περὶ τῆς Ἀντιόχου αἰχμαλωσίας καὶ μάρτυρα τὸν προφήτην παρήγαγεν, ἐπάγει καὶ περὶ ταύτης, καὶ φησί “τὸν αὐτόν γέ τοι τρόπον Δανιὴλ καὶ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτῶν ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς καταλυθήσεται.” σὺ δέ μοι σκόπει τὸ φιλάληθες τοῦ ἀνδρός, ὃς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν, ἀλλ' οὐκ

15 ταύτης] τῆς τετάρτης margo P

ad dies 1335,” addens prioribus dies 45: nam mense toto et dimidio exacto pugna est commissa solidaque victoria parta et omnibus malis prorsus liberati Iudaei. dicens enim “beatus qui perfert et sustinet dies 1335” liberationem a malis declaravit. neque simpliciter eum vocat beatum qui ad eum usque diem pertigerit. nam multi etiam impii mutationem istam viderunt; neque tamen eos felices dicit, sed eos tantum qui in istis calamitatibus patientia usi pietatem non prodiderunt, atque tunc sublevati sunt. hisne aliquid evidentius dici potest?

Tempus ergo est ut ad institutum revertamur, cuius gratia haec adduximus, et de ultimo Iudaeorum exsilio dicamus. satis enim perspicue demonstravimus trium priorum calamitatum tempora expresse praedicta fuisse, annorum 400, annorum 70, annorum 3 s. dicamus ergo etiam de quarta: nam de hac etiam quarta atque postrema Danielum vaticinatum, vel Iosephum, hominem ab ipsorum partibus, testem citare licet. cum enim de excidio Antiochico locutus Danieli testimonio sua confirmasset, de quarto sic infert “eodem modo Danielus etiam de Romanorum imperio vaticinatus est, Hierosolymam ab iis vastatum templumque eversum iri.” ac mihi veritatis studium in eo viro considera,

ἠνέσχετο ζηλῶσαι τὴν Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν τε καὶ ψευδηγορίαν. εἰπὼν γὰρ ὅτι ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ ναὸς καταλυθήσεται, ἔγραψεν, ὅτι δὲ στήσεταί που τὰ τῆς ἐρημώσεως P 232 οὐκέτι προσέθηκεν, ἐπειδὴ μηδὲ τὸν προφήτην εὗρε τοιοῦτόν τι προσθέντα. ποῦ τοίνυν εἶπε Δανιὴλ ὅτι ὁ ναὸς ἐρημωθήσεται; ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ τὴν προσευχὴν ἐκείνην τὴν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ ἐποιήσατο, ἦλθε Γαβριὴλ πρὸς αὐτόν, καὶ φησὶν "ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν." ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα χρόνος εἴρηται οὐ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀλλὰ μεθ' ὅσον χρόνον ἔμελλεν ἡ αἰχμαλωσία ἀπαντήσεσθαι. εἶτα πάλιν φησὶν ἀκριβέστερον "καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδας ζʹ καὶ ἑβδομάδας ξβʹ." B ἐνταῦθά μοι νουνεχῶς πρόσεχε· τὸ γὰρ πᾶν ἐνταῦθά ἐστι τὸ ζητούμενον. ἑβδομάδες οὖν ζʹ καὶ ἑβδομάδες ξβʹ υπγʹ ἔτη εἰσίν. ἑβδομάδας γὰρ οὐχ ἡμερῶν ἐνταῦθα λέγει, οὐδὲ μηνῶν, ἀλλ' ἑβδομάδας ἐνιαυτῶν. ἀπὸ δὲ Κύρου ἐπὶ Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην ἔτη εἰσὶ τϙδʹ. εἶτα διδάσκων ἡμᾶς πόθεν ἀριθμεῖν δεῖ, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐπανόδου ἀλλ' ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ. οὐκ ἐπὶ Κύρῳ δὲ ᾠκοδομήθη, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἀρταξέρξου τοῦ μακρόχειρος. μετὰ γὰρ τὴν κάθοδον ἐπανῆλθε Καμβύσης, εἶτα οἱ Μάγοι, καὶ μετ' ἐκείνους Δαρεῖος Ὑστάσπου, μεθ' ὃν C Ξέρξης ὁ Δαρείου καὶ Ἀρταβάνης. εἶτα Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ

qui tametsi Iudaeus erat, Iudaicam tamen contendendi et mentiendi libidinem imitari noluit. cum enim excidium urbis et templi scripsisset, non addit quando ei calamitati finis sit futurus, quia ipsum quoque vatem nihil tale addidisse videbat. audi vero ubi Danielus vastationem templi praedixerit. postquam sacco indutus et cinere conspersus deum deprecatus fuit, venit ad eum Gabrielus, ac dicit: 70 septimanae deciduntur populo tuo, et urbi sanctae. ecce tempus quo non ipsius calamitatis mora, sed quando esset futura ea designatur. mox expressius ait "cognosces atque intelliges, ab exitu sermonis, cum decretum fiet de instauranda Hierosolyma, usque ad imperium uncti, erunt septimanae 7 et septimanae 62." atque hic mihi diligenter animum adverte: hic enim est id quod quaeritur. septimanae 7 et aliae 62 annos redigunt 483: non enim dierum, non mensium, sed annorum septimanae intelliguntur. iam a Cyro usque ad Antiochum Epiphanem et urbem ab eo captam anni sunt 394. docet porro nos, a quo initio anni sint numerandi: non a die reditus, sed a publicatione decreti de instauranda urbe. atqui non Cyro sed Artaxerxe demum Longimano regnante ea est refecta. nam a reditu Iudaeorum supervenit Cambyses, deinde Magi, post eos Darius Hystaspis filius, inde Xerxes Darii filius et Artabanus, tandem

ἐβασίλευσε τῆς Περσίδος· ἐν τῷ κ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ Νεεμίας ἀνελθὼν τὴν πόλιν ἀνέστησεν, ἅπερ ὁ Ἔσδρας ἀκριβῶς ἡμῖν διηγήσατο. ἂν τοίνυν ἐντεῦθεν τετρακόσια ὀγδοήκοντα τρία θῶμεν ἔτη, ἥξομεν πάντως ἐπὶ τὴν κατασκαφὴν ταύτης, ὡς καὶ Ἰώσηπος αὖθις μαρτυρεῖ λέγων "τὴν δὲ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ ἐρήμωσιν συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν Δανιὴλ προφητείαν, πρὸ υ' καὶ η' γενομένην ἐτῶν." διὰ τοῦτό φησιν, οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ περίτειχος. ἐπειδὰν οὖν ἀναστῇ καὶ τὸ οἰκεῖον ἀπολάβῃ σχῆμα, ἀπ' ἐκείνου τὰς ο' ἑβδομάδας ἀρίθμει. μετὰ δὲ τὰς
D ἑβδομάδας ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ, καθὼς προείρηται. μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπανελθεῖν οἱ μάταιοι θεομαχοῦντες. χειρωσάμενος δὴ αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν καταστρέψας καὶ τὰ λείψανα ἀφανίσας πάντα, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὴν ἀνεγείρας, Αἰλίαν αὐτὴν προσηγόρευσε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐπωνυμίαν. ὅθεν ὁ Χριστὸς μετὰ Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ παραγενόμενος, καὶ προαναφωνῶν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι αἰχμαλωσίαν, καὶ δεικνὺς ὅτι ὁ Δανιὴλ περὶ αὐτῆς προεῖπε, φησὶν
P 233 "ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω." ἐπειδὴ γὰρ ἅπαν εἴδωλον καὶ πᾶν ἐκτύπωμα ἀνθρώπου βδέλυγμα παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκαλεῖτο, αἰνιγματωδῶς ἐμφαίνων τὸν ἀνδριάντα ἐκεῖνον, ὁμοῦ καὶ πότε καὶ ὑπὸ τίνος ἔσται ἡ αἰχμαλωσία προανήγ-

Artaxerxes Longimanus regno Persico est potitus. eius regni anno vigesimo Neemias profectus urbem reparavit; quod Esdras nobis accurate narrat. inde si numeremus annos 483, prorsus ad excidium eius pertingemus. sicut rursum his verbis testatur Iosephus: urbis autem et templi vastationem secundum Danielicum oraculum evenire contigit ante annos 408. propterea inquit, aedificabitur platea et murus. cum ergo refecta fuerit urbs suamque formam receperit, tunc incipe numerare 70 septimanas; quibus finitis, delebitur unctio et cessabit iudicium, uti prius diximus. enimvero post excidium urbis, quod Vespasiano et Tito imperantibus fuit, Adriano imperante Iudaei collecti irrito contra deum conatu aggressi sunt rem publicam pristinam instaurare. sed Adrianus eos armis domuit, urbemque funditus evertit, et reliquias eius omnes abolevit; aliamque inde ibi urbem condens de suo nomine. Aeliam dixit. itaque Christus post Antiochi tempora exhibitus et futurum excidium praedicens, ostendensque de eo Danielum esse vaticinatum, ait "cum videbitis abominandum vastitatis signum, de quo Danielus vates locutus est, stare in loco sancto, qui legit, animum advertat." quia enim omne simulacrum et effigies humana a Iudaeis abominatio dicitur, per ambages illam statuam innuens, simul et quando et a quo urbs esset exscin-

γειλεν. ὅτι δὲ περὶ τῶν Ῥωμαίων εἴρηται ταῦτα, καὶ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, καθὼς προείρημεν. τίς οὖν αὐτοῖς ὑπολείπεται λοιπὸν λόγος; ὅταν τὰς μὲν αἰχμαλωσίας οἱ προφῆται φαίνωνται μετὰ διωρισμένων χρόνων εἰπόντες, ταύτῃ δὲ μηδένα χρόνον ὁρίσαντες, ἀλλὰ τοὐναντίον εἰπόντες ὅτι μέχρι συντελείας ἔσται ἡ ἐρήμωσις. B ὅτι μὲν εἰ τέλος ἡ παροῦσα ἔμελλε δουλεία λήψεσθαι, καὶ τοῦτο ἂν προεῖπον οἱ προφῆται καὶ οὐκ ἐσίγησαν, ἱκανῶς ἀπεδείξαμεν, τὰς αἰχμαλωσίας ἁπάσας μετὰ προῤῥήσεως δείξαντες ἐπενεχθείσας αὐτοῖς· ἑκάστης γὰρ τούτων καὶ τρόπους καὶ χρόνους προανακηρυχθέντας διὰ τῶν θείων γραφῶν ἀπεδείξαμεν. τῇ παρούσῃ δὲ οὐδεὶς προφήτης ὥρισε χρόνον, ἀλλ' ὅτι μὲν ἥξει καὶ ἐρημώσει πάντα καὶ μεταστήσει τὴν πολιτείαν, καὶ μετὰ πόσον χρόνον τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου συμβήσεται, προεῖπεν ὁ Δανιήλ, ὅτι δὲ τέλος ἕξει καὶ στήσεταί που τὰ κακὰ ταῦτα, οὔτ' ἐκεῖνος ἐδήλωσεν οὔτ' ἄλλος τις προφήτης, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, ὡς εἴρηται, προεῖπον ὅτι ἕως συντελείας καθέξει αὐτοὺς ἡ ταλαιπωρία αὕτη. C καὶ μάλα εἰκότως· καὶ γὰρ μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις ὁ τοσοῦτος διαγενόμενος χρόνος καὶ οὔτε ἴχνος οὔτε προοίμιον χρηστῆς μεταβολῆς ἐνδειξάμενος, καὶ ταῦτα πολλάκις ἐπιχειρησάντων αὐτῶν ἀναστῆσαι τὸν ναόν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Κωνσταντίνου καὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ διακωλυθέντων πρῶτον μὲν ὑπὸ στρατιωτῶν, ὕστερον δὲ ἐπὶ τοῦ παραβάτου πυρὸς τῶν θεμελίων ἐκπηδήσαντος καὶ κατασχόντος αὐτοὺς τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας τε καὶ παραβάσεως.

denda monstravit. atque id de Romanis esse dictum, etiam Iosephi testimonio docuimus. quid ergo Iudaeis superest quod dicant? quando vates calamitatum simul tempora praedicentes definita, huius nullum terminum constituerunt, sed contra vastitatem eam usque ad finem mundi duraturam pronuntiaverunt. satisque est a nobis demonstratum, si quidem finis esset futurus huic ultimo exsilio, vates divinos eum fuisse praedicturos et nequaquam silentio praeterituros. quippe superiores miserias omnes cum ita praedixerint ut simul spatium quod duraturae essent definirent, modosque et tempora exprimerent, sicuti ex Scriptura docuimus, huic ultimae nemo eorum tempus constituit. id quidem urbis et rei publicae fore excidium, addito quot annos post reditum ex Babylone id eventurum esset, vaticinatus est Danielus: finem autem istis malis aliquem fore neque ille neque quisquam omnino vatum praedixit: imo, uti diximus, contrarium pronuntiaverunt, usque ad finem mundi in istis miseriis futuros Iudaeos. idque admodum consentaneum fuit; et tantum ab illo excidio temporis elapsum iis testimonium perhibet, quo toto ne vestigium quidem ullum aut principium bonae mutationis sese ostendit. et quidem Iudaei saepe conati templum reficere sub Adriano Constantino et Iuliano, prohibiti sunt, primum quidem a militibus, sub Iuliano autem igni ex fundamentis erumpente eorumque intempestivum atque impium conatum avertente. dicant vero nobis quidnam causae

ὅθεν τοίνυν λεγέτωσαν ἡμῖν, τίνος ἕνεκα ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοσοῦτον
διατρίψαντες χρόνον ἐν κακουχίᾳ ἐλέους ἔτυχον, καὶ εἰς Βαβυ-
D λῶνα πάλιν ἀπενεχθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὰ ἴδια, καὶ ὑπ' Ἀντιό-
χου τοσαῦτα κακὰ παθόντες αὖθις πρὸς τὸ πρότερον ἐπανῆλθον
ἀξίωμα, νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον γεγένηται, ἀλλὰ πεντακοσίων ἐτῶν,
νῦν δὲ χιλίων ἐξ ἐκείνου διελθόντων οὐδὲ αἴνιγμα τοιαύτης μετα-
βολῆς ὁρῶμεν φαινόμενον οἷον τὸ πρότερον. εἰ δὲ τὰς ἁμαρτίας
αὐτῶν προβάλοιντο, καὶ εἴποιεν, ἐπεὶ ἡμάρτομεν τῷ θεῷ, διὰ
τοῦτο οὐκ ἀπολαμβάνομεν τὴν οἰκείαν χώραν, πάλιν δ' ἂν εἰκό-
τως αὐτοὺς ἐρήσομαι· διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὦ Ἰουδαῖοι, ἔξω
τῆς Ἱερουσαλὴμ διατρίβετε χρόνον τοσοῦτον; καὶ τί τὸ καινὸν καὶ
P 234 παράδοξον; μὴ γὰρ νῦν ἐν ἁμαρτίαις ζῆτε μόνον, παρὰ δὲ τὴν
ἀρχὴν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κατορθώμασιν; οὐκ ἄνωθεν καὶ ἐξ
ἀρχῆς συνανετράφητε παρανομίαις; οὐχὶ τῆς θαλάσσης σχιζομέ-
νης καὶ τῶν πετρῶν ῥηγνυμένων καὶ τοσούτων θαυμάτων γινομέ-
νων περὶ τῆς ἐρήμου προσεκυνήσατε μόσχῳ; οὐ τὸν Μωϋσέα λί-
θοις βάλλοντες καὶ ἑτέροις μυρίοις τρόποις ἀνελεῖν ἐπεχειρήσατε
πολλάκις, καὶ τὸν θεὸν παρωργίζετε βλασφημοῦντες; οὐ τῷ
Βεελφεγὼρ ἐτελέσθητε; οὐ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας
ἐθύσατε τοῖς δαιμονίοις καὶ τοὺς ἀλλοτρίους θεοὺς ἐθεραπεύσατε;
οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτίας καὶ κακίας ἐπεδείξασθε; πῶς οὖν ὑμᾶς
B οὐκ ἀπεστράφη τότε ὁ θεός, ἀλλὰ μετὰ τὰς παιδοκτονίας καὶ τὰς
εἰδωλολατρίας, μετὰ τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ προφήτας
ἀφῆκε παρ' ὑμῖν εἶναι διαφόρους, καὶ σημεῖα εἰργάζοντο καὶ θαύ-

sit, quod et in Aegypto tantum tempus in magnis miseriis versatos deus miseratus est, et in Babylonem captivi abducti inde in patriam reducti sunt, et tot malis ab Antiocho affecti tamen pristinam recuperarunt dignitatem, nunc autem tale nihil fit, sed 500, imo 1000 iam exactis ab excidio annis ne speciem quidem ullam priorum mutationum videmus? quodsi peccata sua causentur, dicantque ideo sibi patriam non reddi, quia delictis suis deum offenderint, haud abs re fuerit ita eos rogare. propter peccata vestra, o Iudaei, tanto tempore Hierosolyma extorres degitis? quid hoc novi et inauditi est? scilicet antiquitus iuste vixistis et officii rationes tenuistis, ac non iam inde ab initio innumera inter delicta vitam egistis? nonne cum et mare scindi et saxa rumpi totque alia miracula vidissetis in solitudine, tamen vitulum adoravistis? nonne Mosen lapidibus obruere multisque aliis modis interficere saepenumero aggressi estis? nonne deum impiis dictis irritastis? nonne Beelphegori initiati estis? nonne filios et filias vestras daemonibus immolastis? nonne alienos deos coluistis? nonne omne flagitiorum ac malitiae genus exercuistis? qui fit ergo quod tunc deus vos non est aversatus, sed post infanticidia vestra, post impios deastrorum cultus, post extremam ingratitudinem cum vates vobis misit va-

ματα παράδοξα; τίνος οὖν ἕνεκεν πάλαι μὲν ἀσεβοῦντες καὶ μυρία διαπραττόμενοι δεινὰ τοσαύτης εὐνοίας ἀπηλαύσατε παρὰ θεοῦ καὶ προστασίας καὶ προμηθείας, νῦν δὲ οὔτε εἰδωλολατροῦντες οὔτε παιδοκτονοῦντες ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ διάγετε; μὴ γὰρ ἕτερος ἦν θεὸς τότε καὶ ἕτερος νῦν; οὐκ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἐκεῖνα οἰκονομῶν καὶ ταῦτα νῦν ἐργαζόμενος; διὰ τί, ὅτε μείζω μὲν ἦν τὰ ἁμαρτήματα, πολλὴ δόξα ὑμῖν ἦν παρὰ θεοῦ, ὅτε δὲ ἐλάττονα πλημμελεῖτε νῦν, παντελῶς ὑμᾶς ἀπεστράφη καὶ ἀτιμίᾳ C
παρέδωκεν ἀπεράντῳ; ἀλλὰ κἂν ὑμεῖς σιγήσητε, οἱ λίθοι κεκράξονται. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τοῦ δεσπότου τὰς χεῖρας ἐξετείνατε, διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται ὑμῖν διόρθωσις οὐδὲ συγγνώμη λοιπὸν οὐδὲ ἀπολογία. τότε μὲν γὰρ εἰς δούλους ἦν τὰ τολμώμενα, νῦν δὲ πάντα ἐκεῖνα τὰ παλαιὰ σαφῶς ἀπεκρύψατε διὰ τῆς εἰς τὸν κοινὸν δεσπότην Χριστὸν μανίας. ὅθεν καὶ μειζόνως κολάζεσθε, καὶ οὐδ' οὕτως ἀπέχεσθε τῆς πατρικῆς ἐμβροντησίας τε καὶ λύσσης, πλάνον αὐτὸν καὶ παράνομον ἀποκαλοῦντες. εἰ γοῦν πλάνος ἦν ὁ Χριστός, ὥς φατέ, καὶ παράνομος, ἐχρῆν μᾶλλον ὑμᾶς εὐδο- D
κιμῆσαι, ὅτι αὐτὸν ἀπεκτείνατε. εἰ γὰρ Φινεὲς ἕνα τινὰ παρανομοῦντα ἀνελὼν ὁλόκληρον τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους ὀργὴν κατέπαυσεν (ἔστη γὰρ Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην), πολλῷ μᾶλλον ἐφ' ὑμῶν ἔδει τοῦτο γενέσθαι, εἴ γε παράνομος ἦν ὁ ὑφ' ὑμῶν σταυρωθείς.

rios, tum miracula et prodigia inusitata edidit? cur olim tanta impietate obstricti et tot flagitiis ac sceleribus cooperti deum ita benevolum propitium atque tutorem habuistis, nunc autem neque impio cultu neque infantium caede eum irritantes in servitute et miseriis vitam degitis? nisi fortassis alius nunc est quam quondam deus, neque idem et illa et haec egit. alioqui cur vos tanto in pretio habuisset, cum graviora committeretis peccata, nunc vero cum minus delinquitis, omnino aversatus infinitae ignominiae exponeret? at enim vobis tacentibus vel lapides vociferabuntur. ex quo enim manus domino intulistis, porro neque correctio vobis reliqua est neque venia neque defensioni locus est. nam priores vestrae iniuriae in servos erant profectae a vobis: Christo autem per insaniam necando priora vestra scelera novi magnitudine obliterastis. ea de causa nunc gravioribus suppliciis afficimini. et tamen ne sic quidem maiorum vestrorum vaecordiam atque rabiem deponitis, sed etiamnum Christum impostorem atque legis violatorem appellatis. qui si talis fuisset qualem vos dicitis, propter necem ei illatam vos maiori etiam quam ante in existimatione esse conveniebat. si enim Phinees uno legis violatore trucidato iram dei, quae contra totum exarserat populum, placavit (stabat enim, ait scriptura, Phinees, et placabat deum, ac desiit occidio, eaque res illi iustitiae loco imputata est), quanto magis vobiscum ita agi debuit, si quidem is quem in cru-

καὶ πόθεν δῆλον, φησίν, ὅτι τέλεον ἀπεστράφη ὑμᾶς ὁ θεός; τῶν πραγμάτων αὐτῶν βοώντων καὶ σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀφιέντων φωνὴν διὰ τῆς καταστροφῆς τῆς πόλεως, διὰ τῆς ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, διὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἀλλ' ἄνθρωποι, P 235 φησίν, ἐπήγαγον, οὐχ ὁ θεός. εἰ γοῦν ἀνθρώπων ἔργα ταῦτα καὶ οὐχὶ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ, ἔδει μέχρι τῆς ἁλώσεως τὰ ὑμέτερα στῆναι καὶ μὴ περαιτέρω προελθεῖν ὑμῖν τὴν ἀτιμίαν καὶ κάκωσιν. πλὴν ἔστω κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, ὅτι τὰ τείχη κατέστρεψαν ἄνθρωποι καὶ τὴν πόλιν καθεῖλον καὶ τὸν βωμὸν ἀνέστρεψαν. μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄνθρωποι κατέπαυσαν; μὴ καὶ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν καὶ τἆλλα τὰ σεμνὰ τὰ παρ' ὑμῖν αὐτὰ κατέλυσαν, οἷον τὸ φωνὴν ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου φέρεσθαι, τὴν ἐπὶ τῷ χρίσματι γενομένην ἐνέργειαν, τὴν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦ ἱερέως δήλωσιν; καὶ γὰρ ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία οὐχὶ κάτωθεν εἶχε τὰς ἀρχὰς B ἁπάσας, ἀλλὰ τὰς πλείους καὶ σεμνοτέρας ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν. οἷον τί λέγω; θυσίας γίνεσθαι συγχωρήσας, ὁ μὲν βωμὸς ἦν κάτω καὶ τὰ ξύλα καὶ ἡ μάχαιρα καὶ ὁ ἱερεύς, τὸ δὲ πῦρ τὸ μέλλον ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῖς ἐκείνοις ἱέναι καὶ δαπανᾶν τὰς θυσίας ἄνωθεν τὴν ἀρχὴν εἶχεν· οὐ γὰρ ἄνθρωπος εἰς τὸν ναὸν εἰσῆγε πῦρ, ἀλλὰ φλὸξ ἄνωθεν κατενεχθεῖσα τὴν ἐπὶ τῆς διακονίας ἐπλήρου θυσίαν. πάλιν εἴ ποτε ἔδει τιμαθεῖν, ἀναμέσον τῶν Χερουβὶμ καὶ τοῦ ἱλαστηρίου φωνή τις ἐφέρετο καὶ τὰ μέλλοντα προέλεγεν. ὡσαύτως ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως, ὅπερ ἐκάλουν δήλωσιν, ἐγίνετό τις ἔλλαμψις, καὶ τὰ

cem egistis legis erat violator? audes tamen adhuc quaerere unde constet deum vos omnino aversari, cum quidem res ipsa clamet, et vocem tuba clariorem edat urbis excidium, templi vastatio, et reliqua omnia. ab hominibus, aiunt, non a deo ista sibi mala imposita. quodsi non ira dei sed homines horum essent malorum auctores, utique excidium ea finiisset, neque ultra ignominiae atque miseriae ventum esset. verum esto ita uti dicitis, ac muros urbem et altare deiecerint homines. num et homines hominum vi existere cessaverunt? num homines gratiam spiritus aliaque apud vos magnifica aboleverunt? cuius generis est, quod nunc neque, ut quondam, vox a propitiatorio effertur, neque sua unctioni constat efficacitas, neque lapis sacerdotis docet. nam Iudaica religio sua principia non omnia de rebus terrestribus habebat, sed pleraque et praecipua caelitus. exempli causa sacrificia deus praescripserat; atque ara quidem, ligna culter et sacerdos terrena erant, ignis autem qui in adyto arsurus et sacrificium consumpturus erat, caelitus habebat ortum: non enim homo ignem templo inferebat, sed flamma de caelo lata sacrificium perficiebat. item si qua de re certiores fieri cuperent, inter Cherubimos et propitiatorium vox quaedam edebatur futura praedicens. eodem modo de lapide qui supra pectus sacerdotis summi pendebat, fulgor exibat qui futura detegeret; unde ei nomen

μέλλοντα προεσήμαινεν. ὁμοίως ἡνίκα χρίεσθαι ἔδει τινά, πνεύ-
ματος ἐφίπτατο χάρις καὶ τὸ ἔλαιον ἀνεπήδα. καὶ προφῆται διη- C
κόνουν τοῖς πράγμασι τούτοις, καὶ νεφέλη πολλάκις καὶ καπνὸς
τὰ ἄδυτα κατελάμβανεν. ἵνα τοίνυν μὴ ἀναισχυντῆτε μηδὲ ἀν-
θρώποις λογίζησθε τὴν ἐρήμωσιν αὐτῶν, οὐχὶ τὴν πόλιν μόνην
ἀφῆκε πεσεῖν καὶ τὸν ναὸν ἐρημωθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ πράγματα
ἐκεῖνα, ἅπερ ἐκ τῶν οὐρανῶν τὰς ἀρχὰς εἶχεν, ἐκποδὼν γενέσθαι
πεποίηκε. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἔχετε νῦν προφήτας οὐδέ τι τῶν
λοιπῶν ἐκείνων θείων; οὐκ εὔδηλον ὅτι τοῦ θεοῦ τὰ καθ' ὑμᾶς
ἀποστραφέντος; καὶ πόθεν, φησί, τοῦτο δῆλον; ἀφ' ὧν πρὸ
τούτου μὲν ἀσεβοῦντες ἐτυγχάνετε πάντως, νῦν δὲ δοκοῦντες ἐπιει- D
κέστερον ζῆν μετὰ τὸν σταυρὸν μείζονα τιμωρίαν ὑπομένετε καὶ
οὐδενὸς ἀπολαύετε τῶν προτέρων, οὔτε μὴν ἀπολήψεσθε, καθὼς
αἱ θεῖαι προρρήσεις ἐναργῶς δηλοῦσιν. εἰ δὴ βούλεσθε, καὶ
ἑτέρους προφήτας ἐφοπλίσομεν λέγοντας φανερῶς ὅτι τὰ μὲν ὑμέ-
τερα τέλος λήψεται, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀνθήσει, καὶ πανταχοῦ τῆς
οἰκουμένης ἐκταθήσεται τὸ κήρυγμα, καὶ θυσίας ἑτέρας προσε-
τεχθήσεται τρόπος, ἐκείνων τῶν παρ' ὑμῖν καταλυθεισῶν. οὐδὲ
γὰρ Ἡσαΐαν παράγω τέως μάρτυρα οὔτε Ἱερεμίαν οὔτε τοὺς ἄλ-
λους πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἵνα μὴ λέγητε ὅτι τὰ δεινὰ ἐκεῖνα ἃ
ἔλεγον περὶ τῆς αἰχμαλώσεως ἐξέβη, ἀλλὰ Μαλαχίαν τὸν μετὰ P 236
τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀποκατάστασιν
σαφῶς περὶ τῶν πραγμάτων ὑμῶν προφητεύσαντα. ἐπειδὴ γὰρ
ἐπανῆλθον καὶ τὴν πόλιν ἀπέλαβον καὶ τὸν ναὸν ᾠκοδόμουν καὶ

patefactionis. itemque si quis inungeretur, gratia spiritus in eum insiliebat et oleum resiliebat. iisque rebus vates erant administri, ac saepe nebula et fumus adytum occupaverunt. ne igitur pro impudentia vestra, calamitates vestras hominibus acceptas ferretis, non urbis modo et templi excidium fieri deus permisit, sed et eas res quarum de caelo principia erant e medio sustulit. cur enim nunc et prophetis et omnibus istis divinis rebus destituimini? nonne in promptu est id fieri, quia deus vos aversatur? unde, dicis, id liquet? inde quod quondam admodum impii fuistis: nunc autem post cruci affixum Christum, cum videamini rectius vivere, graviores penditis poenas, nihilque priorum bonorum vobis adest; neque vero unquam aderit, quemadmodum divinae praedictiones perspicue ostendunt. vultisne ut plures etiam vates contra vos ad auxilium advocemus, qui diserte pronuntient finem esse rerum vestrarum, nostras res florituras, ac per totum orbem propagatum iri praeconium, aliumque sacrificandi modum instituendum, vestro sublato? sane non producam testem Esaiam aut Ieremiam aut alios qui ante Babylonicum vixerunt exsilium, ne eo impleta fuisse dicatis quae illi mala minati sunt: sed Malachiam, qui post vestrum ex Babylone reditum et urbis instaurationem evidenter de vestris rebus est vaticinatus. is ergo cum Iudaei in patriam reversi urbem recepissent, templum aedificassent

τὰς θυσίας ἐπετέλουν, τὴν μέλλουσαν παντελῆ ταύτην καὶ τελευταίαν ἐρήμωσιν καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν θυσιῶν προλέγων φησὶν "εἰ λήψομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν θυσίαν, λέγει κύριος παντοκράτωρ. ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά. ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτήν." πότε οὖν ταῦτα πεπλήρωται, ὦ Ἰουδαῖοι, καὶ **B** πότε ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσηνέχθη τῷ θεῷ καὶ θυσία καθαρά; οὐκ ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν ἀλλ' ἢ τοῦτον τὸν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν. ὡς εἰ μὴ τοῦτον προλέγει τὸν καιρόν, μηδὲ τὴν ἡμετέραν θυσίαν ἀλλὰ τὴν Ἰουδαϊκήν, παράνομός ἐστιν ἡ προφητεία. εἰ γὰρ τοῦ Μωϋσέως κελεύοντος εἰς μηδένα τόπον ἀνάγεσθε θυσίαν ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον ὃν ἐξελέξατο κύριος ὁ θεός, καὶ εἰς ἓν χωρίον ἐν Ἱερουσαλὴμ συγκλείοντος τὰς θυσίας ἐκείνας, ὁ προφήτης λέγων ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα μέλλειν προσάγεσθαι καὶ θυσίαν καθαράν, ἐναντιοῦται καὶ μάχεται τῷ Μωϋσῇ. ἀλλὰ μὴ γένοιτο· περὶ γὰρ ἑτέρας ἐκεῖνος εἶπε θυσίας καὶ περὶ ἑτέρας οὗτος. ἀκούσατε δὴ Σοφωνίου φωνοῦντος τὰ **C** αὐτὰ καὶ λέγοντος "ἐπιφανήσεται κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ." καίτοι γε τοῦτο οὐκ ἐφεῖτο, ἀλλ' εἰς ἕνα τόπον ἐθέσπισε Μωϋσῆς λατρεύειν. ὅταν οὖν ἀκούσητε τῶν προφητῶν προλεγόντων καὶ προαναφωνούντων ὅτι οὐκέτι εἰς μίαν πόλιν οὐδὲ εἰς ἕνα τόπον ἀναγκασθήσονται ἄνθρωποι

ac sacrificarent ex lege, de postrema hac et perfectissima vastatione sacrificiorumque abolitione ita praedixit (cap. 1) "scilicet ut ego de manibus tuis sacrificia accipiam, inquit dominus omnipotens. ab ortu solis usque ad occasum nomen meum magnifice praedicatur, eique omnibus locis adoletur et sacrificium offertur purum. vos autem sacrificium contaminatis." quando autem, o Iudaei, ista impleta sunt? quando ubique deo purum sacrificium et suffitus oblatus est? certe tempus aliud dicere non potestis quam quod fuit ab adventu Christi. quod tempus nisi vates indicavit, neque nostrum sed Iudaicum sacrificium intelligi voluit, legi dei eius adversabitur oraculum. nam cum Moses non alibi quam eo loco quem deus elegerat iusserit sacrificari, et omnia sacrificia Hierosolymam compegerit, vates ille ait omnibus locis deo sacrificium purum et suffitum oblatum iri. ita Mosi videtur repugnare. verum hoc absit ut dicamus: nam alter de altero est locutus sacrificio. audite etiam eadem dicentem Sophoniam (cap. 2): "apparebit" inquit "dominus omnibus nationibus et exscindet omnes earum deos, adorabuntque eum omnes, quisque suo loco." atqui hoc non permittebat lex, sed in uno tantum loco iubebat Moses sacrificari. cum ergo auditis vates tanto ante tempore pronuntiare non fore necesse ut omnes homines in unam urbem unumve locum undique confluant, sed quemque

πάντοτε συνάγεσθαι, ἀλλ' οἴκοι καθήμενος ἕκαστος θεραπεύσει τὸ θεῖον, τίνα ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν ἀλλ' ἢ τὸν παρόντα τοῦτον, καθ' ὃν τὰ μὲν ἡμέτερα διαλάμπουσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὰ δὲ ὑμέτερα κατεσβέσθη καὶ ἐν σκότει διαπορεύεσθε κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην; ὅτι δὲ πάλιν οὐ παρὰ τὴν ἀρχὴν ὑμῖν δοῦναι τὰς τοιαύτας ἐβούλετο θυσίας, ἀκούσατε τί φησιν D *Ἡσαΐας. "τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος. καὶ τίς ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;" εἰ δὲ ταῦτα παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐζήτει, καὶ τοὺς παλαιοὺς πάντας τοὺς παρ' ὑμῖν λάμψαντας πρώτους ἂν εἰς τὴν πολιτείαν ἤγαγε ταύτην. πῶς οὖν ταῦτα, φησίν, ἐπέτρεψε; τῇ ὑμετέρᾳ συγκαταβαίνων ἀσθενείᾳ. καὶ καθάπερ ἰατρὸς πυρέττοντα ἰδὼν ἄνθρωπον δυσάρεστόν τε καὶ ἀκαρτέρητον, ἐπιθυμοῦντα ψυχροποσίας καὶ ἀπειλοῦντα εἰ μὴ λάβοι ἑαυτὸν ἀναιρήσειν, βουλόμενος τὸ μεῖζον κωλῦσαι κακὸν τὸ ἔλαττον δίδωσι πρὸς ἀλλαγὴν τελευτῆς βιαίας, οὕτω δὴ καὶ ὁ* P 237 *θεὸς ἐποίησεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶδε μαινομένους, ἀγχομένους, ἐπιθυμοῦντας θυσιῶν, καὶ παρεσκευασμένους εἰ μὴ λάβοιεν αὐτομολήσειν πρὸς τὰ εἴδωλα, μᾶλλον δὲ οὐ παρεσκευασμένους ἀλλὰ καὶ αὐτομολήσαντας ἤδη, ἐπέτρεψε τὰς θυσίας. καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δῆλον ἐντεῦθεν· μετὰ γὰρ τὴν μυσαρὰν ἑορτὴν ἣν ἐπετέλεσαν τοῖς δαιμονίοις μοσχοποιήσαντες, τότε τὰς θυσίας ἐπέτρεψε, μονονουχὶ λέγων "μαίνεσθε καὶ βούλεσθε θύειν; οὐκοῦν ἐμοὶ θύετε." ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἐπιτρέψας οὐ μέχρι τέλους*

domi suae deo cultum exhibiturum, quodnam aliud tempus ei rei deputabitis quam hoc ipsum, quo res nostrae per totum terrarum orbem vigent, vestrae autem dissipatae sunt, vosque in tenebris per totum orbem erratis? iam quod ab initio sacrificia talia a vobis deus non exegerit, ex Esaiae verbis cognoscite (cap. 1): "quid ad me multitudo vestrorum sacrificiorum, inquit dominus: quis ea de manu vestra requirit?" profecto enim si haec initio desiderasset, priscos illos qui de vestra gente illustres fuerunt, primos omnium ad eos ritus adegisset. quaeritis causam cur ea vobis iniunxerit? ea est vestra imbecillitas. sicut enim medicus hominem cernens febricitantem morosum et incontinentem, qui frigidae potum ita postulet ut eo negato minetur se sibi manus allaturum, studio maius malum avertendi minus concedit, ut eum a violento exitio conservet, ita etiam deus vobiscum egit. cum enim videret vos insana sacrificandi cupiditate ardere, paratosque, nisi eam explere vobis concederetur, deficere ad falsos deos, (quid dico paratos? imo autem cum iam defecissetis) sacrificia permisit. atque hanc esse veram causam inde fiet manifestum, quod post incestum illud demum sacrificium quod daemonibus ad vitulum a vobis conflatum obtulistis, sacrificandi vobis potestatem fecit, perinde ac si diceret "insanitis sacrificandi studio? mihi ergo potius sacrificate." neque tamen im-

ἀφῆκεν, ἀλλὰ διὰ σοφωτάτης μεθόδου πάλιν ἀνήγαγε. καὶ B ὥσπερ ὁ ἰατρὸς ἐκεῖνος συγχωρήσας τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ κάμνοντος, εἶτα φιάλην οἴκοθεν κομίσας κελεύσει ταύτῃ μόνῃ τῆς ψυχροποσίας μεταλαβεῖν, καὶ τοῦ κάμνοντος πεισθέντος λάθρᾳ τοῖς ἐπιτηδείοις ἐπιτάξειε συντρῖψαι τὴν φιάλην αὐτήν, ἵνα λανθανόντως καὶ ἀνυπόπτως αὐτὸν ἀπαγάγῃ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς, οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἐποίησε· θύειν ἐπιτρέψας ἐν οὐδενὶ τόπῳ τῆς οἰκουμένης εἴασε τοῦτο γενέσθαι ἀλλ' ἢ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ μόνον, ὅθεν φησὶν ὁ Δαβίδ "σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιών, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ." εἶτα ἐπειδὴ χρόνους τινὰς C ἔθυσαν, καθεῖλε τὴν πόλιν. ὥσπερ ὁ ἰατρὸς διὰ τῆς τοῦ σκεύους συντριβῆς, οὕτως καὶ ὁ θεὸς διὰ τῆς καταστροφῆς τῆς πόλεως καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἀπήγαγε τοῦ πράγματος. ἐπεὶ γὰρ εἰ φανερῶς εἶπεν ἀπόστητε, οὐκ ἂν ἠνέσχοντο ῥᾳδίως, διὰ τῆς κατὰ τὸν τόπον ἀνάγκης λανθανόντως αὐτοὺς ἀπήγαγε τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα μανίας. ἔστω τοίνυν ὁ μὲν ἰατρὸς ὁ θεός, ἡ δὲ φιάλη ἡ πόλις, ὁ δὲ νοσῶν ὁ δυσάρεστος δῆμος τῶν Ἰουδαίων, ἡ δὲ ψυχροποσία ἡ τῶν θυσιῶν ἐπιτροπὴ καὶ ἐξουσία. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἠβούλετο κατασκευάσαι, τίνος ἕνεκεν εἰς τόπον ἕνα συνέκλεισε τὴν τοιαύτην θυσίαν ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν; τίνος χάριν τὴν D μὲν λατρείαν εἰς θυσίας, τὰς δὲ θυσίας εἰς τόπον, τὸν δὲ τόπον εἰς καιρόν, τὸν δὲ καιρὸν εἰς μίαν πόλιν συναγαγὼν αὐτὴν πάλιν ἐκείνην κατέστρεψε τὴν πόλιν; καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παρά-

mensam vobis sacrificandi licentiam permisit, sed scitissima via atque ratione vos revocavit. ac quemadmodum ille medicus cupiditati aegrotantis indulgens post poculo domo allato ei persuaderet uti non alio ex vase frigidam biberet, eoque parente occulte eius familiaribus mandaret ut confringerent vitrum, itaque ille non animadvertens et tacite ab sua cupiditate abduceretur, sic deus quoque sacrificia permisit, ea lege ut non alibi terrarum quam Hierosolymis fierent. hinc Davidus ait (Psalm. 64) "te, o deus, hymnus Sione decet, tibique vota solventur Hierosolymis." deinde cum aliquamdiu sacrificassent Iudaei, urbem eam evertit, eosque eius excidio urbis, veluti medicus vitro confringendo, etiam nolentes a sacrificiis retraxit. quia enim aperte eos iubenti desinere sacrificandi morem deo non erant facile obtemperaturi, loci necessitudine obstricti, ideo eos occulte ab ea vaesania revocavit. comparem ergo deum medico, urbem poculo, Iudaeum populum morosum atque refractarium aegrotanti, frigidae potui sacrificandi licentiam. nam nisi deus hoc ipsum machinatus esset, quae causa erat cur tantum sacrificium unico loco circumscriberet, qui ubique praesens adest et omnia replet? cur cultum in sacrificium, sacrificium in locum, locum in certum tempus, atque hoc in unicam urbem includens, eam deinde urbem evertisset? idque maxime mirabile est et communi opinioni adversum,

δοξον, ὅτι πᾶσα μὲν ἡ οἰκουμένη τοῖς Ἰουδαίοις ἀνεῖται, ἔνθα οὐκ ἔξεστι θύειν, μόνη δὲ ἡ Ἱερουσαλήμ, ἐν ᾗ καὶ μόνον ἐξῆν, ἄβατος καὶ ἔρημος γέγονε. περὶ ὧν μέντοι κἀν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσί φησιν ὁ θεῖος λόγος. ἤδη δὲ καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ἐναργῶς ὁ θεὸς εὖ μάλα παρῃτεῖτο τὰς τῶν Ἰουδαίων θυσίας, ἐξαμαρτανόντων εἰς αὐτὸν πολλάκις, καὶ οἰομένων διὰ θυσίας ἀλλ' οὐ διὰ μετανοίας αὐτὸν ἐξευμενίζεσθαι. φησὶ γὰρ διὰ τῶν προφητῶν "ἵνα τί μοι φέρετε λίβανον ἐκ Σαβᾶ P 238 καὶ κιννάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ ἔστι δεκτά, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν μοι. καὶ συναγάγετε τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε τὰ κρέα, ὅτι οὐκ ἐνετειλάμην ὑμῖν, ἡνίκα ἐξήγαγον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων." καὶ "τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχεσθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσετε ἔτι. ἐὰν φέρητε μοι σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστι. τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. νηστείαν B καὶ ἀργίαν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν." καὶ "ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμοῦ ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι." καὶ "οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ

4 πρὸ] περὶ P

quod toto orbe terrarum Iudaeis concesso, ubi sacrificare non licet, sola Hierosolyma vasta incultaque iacent, in qua urbe sola sacrificare leges sinebant. de quibus sane etiam divinus sermo in Apostolicis constitutionibus ita loquitur. iam Christo in carne rem gerente evidenter deus Iudaeorum respuit sacrificia, cum ii tam saepe contra eum peccassent, putarentque se sacrificiis, non resipiscentia deum placare posse. ita enim deus per suos vates dicit (Ierem. 6) "quorsum mihi thus ex Saba offertis, et cinnamomum ex longinqua terra? solida vestra sacrificia non sunt mihi accepta, et victimae me non delectant vestrae. conducite in unum sacrificia et victimas vestras, atque edite carnes: non enim praecepi vobis quicquam de sacrificiis solidis et fertis, cum vos ex Aegypto educerem. quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? satur sum immolatorum arietum, adipem agnorum ac sanguinem taurorum hircorumque nolo: non veniatis in conspectum meum. quis enim haec de vestris manibus exegit? porro atrium meum non calcabitis. frustra mihi similam offertis, abominor suffitum, novilunia vestra et sabbata et festum diem non fero: ieiunium, ferias et solennitates vestras odit anima mea: satietas vestri me cepit." item (Psalm. 49) "amove a me sonitum canticorum vestrorum, psalmum organorum tuorum nolo audire." item "non accipiam de domo tua vitulos,

οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. μὴ φάγωμαι κρέατα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως." καὶ "θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον." καὶ ἁπλῶς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς ὁμοίως τὰς θυσίας ἀπαναίνεται διὰ C τὸ ἐξαμαρτάνειν αὐτοὺς εἰς αὐτὸν ἐξ ἄκρας κακίας τε καὶ ἀπειθείας καὶ σκληροκαρδίας. θυσίαι γὰρ ἀσεβῶν βδέλυγμα κυρίῳ· καὶ γὰρ παρανόμως προσφέρουσιν αὐτάς, καὶ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς, καὶ πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὰς μολυνθήσονται. διὸ δὴ καὶ τῷ Σαοὺλ ὁ θεῖος Σαμουὴλ ἔλεγεν "ἀκοὴ ἀγαθὴ ὑπὲρ θυσίαν, καὶ ἀκρόαμα ὑπὲρ στέαρ κριῶν. ἰδοὺ γὰρ θέλει κύριος θυσίαν ὡς τὸ εἰσακούειν αὐτοῦ." εἰ τοίνυν καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ὑπὲρ θυσίαν καρδίαν καθαρὰν ἐπεζήτει καὶ πνεῦμα συντετριμμένον, πολλῷ μᾶλλον ἐλθὼν ἔπαυσε τὰς δι' αἱμάτων θυσίας, οὐδὲ πάλαι δεόμενος αὐτῶν, ὡς εἴρηται, ἀλλ' εἰ βουληθῶσι συγχωρῶν, καὶ εἰ ἀπὸ γνώμης ὀρθῆς προσοίσουσιν. εἰ θύειν ἐπιθυμεῖς, οὐ δεομένῳ μοι θύε. ὁπότε δὲ τούτου D ἀμνήμονες ἐγένοντο, καὶ μόσχον ἀντὶ θεοῦ θεὸν ἐπεκαλέσαντο, καὶ τούτῳ τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας ἐπεγράψαντο, λέγοντες "οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἱ ἐξαγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου," καὶ ἀπαρνησάμενοι θεὸν τὸν διὰ Μωϋσέως ἐπισκεψάμενον αὐτοὺς ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, τὸν τὰ σημεῖα περὶ χειρὸς καὶ ῥάβδου ποιησάμενον, τὸν Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ πατάξαντα, τὸν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις διελόντα καὶ διαγαγόντα

potitus est: solent enim flagitia et iis inflictae poenae eiusdem esse generis. at Eudoxia graviter eam ferens iniuriam Gizerichum ex Africa Romam evocat, rogans ut se Maximi tyrannide liberaret. cum Gizerichus magna cum classe ad Romam advenisset, Maximus in fuga a suis trucidatur, barbarus tertio a fuga Maximi die Romam nemine obsistente intrat. hic impositis in naves omnibus urbis opibus atque donariis, sacra etiam supellectile, quae solido auro et lapidibus pretiosis constabat, et vasis Ebraicis quae Titus Hierosolymis attulerat, abducta etiam imperatrice Eudoxia et eius liberis, in Africam rediit. ita secundo capta est Roma, prius ab Alarico occupata. Gizerichus Eudoxiam Honoricho filiorum suorum natu maximo copulavit: Placidiam Olybrio patricio desponsatam audiens cum matre Eudoxia asservavit. Maiorinus cognita Maximi caede Romanum imperium occepit ac biennium tenuit. post eum Avitus annos totidem, inde Severus triennium. post hunc imperator Romae nullus fuit, sed Recimerus rem publicam administravit, dux militiae et magna armatus potentia. in Oriente autem omnia fuerunt pacata, adeo quidem id ut ea aurea aetas diceretur. tunc etiam Symeon monachus in columna stans, vita doctrina et miraculis floruit.

Τῷ ε' ἔτει λίθοι τρεῖς παμμεγέθεις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ Θρᾴκῃ ἔπεσον. καὶ Εὐδοκία ἡ τοῦ Θεοδοσίου γυνὴ ἐν Ἱεροσολύ- C μοις τελευτᾷ, πολλὰ καταλείψασα ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐν τῷ τελευτᾶν αὐτὴν ἐπωμόσατο μὴ συνειδέναι τῇ κατ' αὐτῆς κατηγορίᾳ ἕνεκεν Παυλίνου.

Τῷ δὲ ζ' ἔτει Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς τελευτᾷ, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. γυνὴ δὲ τούτου Πουλχερία ὀνόματι μόνον· οὐ γὰρ συνεγένετο αὐτῇ. τὴν δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀρχὴν διεῖπεν Ἀνατόλιος, Ἀττικὸν διαδεξάμενος, κόσμου ἔτος ,εϡν', τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος υνϛ'.

Μετὰ δὲ Μαρκιανὸν ἐβασίλευσε Λέων ὁ μέγας, ὀρθόδοξος, ἔτη ιζ'. ἦν δὲ κάτισχνος μὲν τὸ σῶμα, ὑπόσπανος τὴν γενειάδα, φρονήσει κεκοσμημένος, παιδείας καὶ μαθημάτων ἐκτός. τούτου D γυνὴ Βηρίνη ἀδελφὴ Βασιλίσκου. Μακέλλης δὲ ἐλέγετο διὰ τὸ ἀποκτεῖναι Ἄσπαρα καὶ Ἀρδαβούριον ὡς Ἀρειανοὺς ὄντας· μάκελ γὰρ Ῥωμαϊστὶ ὁ σφαγεὺς λέγεται. Ἄσπαρ δὲ ᾐτήσατο τὸν βασιλέα ἐγκαταστῆσαι τῇ πόλει ἔπαρχον ὁμόδοξον αὐτοῦ καὶ ὁμόφρονα, ὃ κατένευσε μὲν ὁ βασιλεὺς ποιῆσαι, μὴ βουλόμενος δὲ ἐννύχιον δεδήλωκέ τινι τῶν συγκλητικῶν παραγενέσθαι τάχιον. τοῦ δὲ παραγενομένου, ἔπαρχον αὐτὸν προεβάλετο. Ἄσπαρ δὲ τοῦτο ἰδὼν παρ' ἐλπίδα ἐκράτησε τοῦ ἱματίου τοῦ βασιλέως, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν "βασιλεῦ, τὸν ταύτην τὴν ἁλουργίδα περιβεβλημένον οὐ χρὴ διαψεύδεσθαι." καὶ φησὶν ὁ βασιλεύς "ἀλλὰ μήν. P 347

20 παρεβάλλετο P

Quinto anno tres magni lapides de caelo in Thraciam deciderunt. mortua est etiam Ierusalemae Eudocia Theodosii uxor, multa ecclesiae legata relinquens; iuravitque moriens insontem se esse criminis de Paulino sibi impacti.

Septimo anno moritur Marcianus, et in aede sanctorum apostolorum sepelitur. uxor eius fuit Pulcheria nomine tenus: non enim cum ea concubuit. episcopatum Cpolitanum gerebat Anatolius, Attici successor. annus is fuit a mundi origine 5950, ab incarnatione verbi 456.

Marciano successit Leo magnus, verae religionis tenax. imperavit annos septemdecim. erat corpore gracili, barba rara, prudentia ornatus, literarum et disciplinarum rudis. uxorem habuit Verinam Basilisci sororem. dicebatur Macellus, quod Asparem et Ardaburium tanquam Arianos necasset: nam a mactando id cognomen Latinis ducitur. petebat sibi consentientem urbis praefectum constitui Aspar ab imperatore. imperator cum se id facturum annuisset invitus, noctu quendam senatorem celeriter ad se venire iussit, eumque praefectum urbis constituit. Aspar, cui hoc praeter spem suam accidisset, veste apprehenso Leoni ait "imperator, tali purpura amictum non decet mentiri." respondit imperator

προσήκει τῷ βασιλεῖ μὴ ὑπείκειν τινὶ ἢ ὑποκεῖσθαι, καὶ μᾶλλον ὅταν τοῦ κοινοῦ ἀσύμφορον ᾖ."

Τῷ α' ἔτει τούτου σεισμὸς ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ ὡς σχεδὸν πᾶσαν τὴν πόλιν καταπεσεῖν. οὗτος ὁ βασιλεὺς Θρᾷξ ἦν τῷ γένει, τριβοῦνος τὴν ἀξίαν. ἐστέφθη δὲ ὑπὸ Ἀνατολίου πατριάρχου.

Πασῶν δὲ τῶν τῆς οἰκουμένης ἐκκλησιῶν τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀποδεξαμένων, ὁ μιαρὸς Τιμόθεος ὁ ἐπίκλην Αἴλουρος τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἐτάρασσε. μαγγανείᾳ γὰρ χρησάμενος νυκτὸς ἐν τοῖς κελλίοις τῶν μοναχῶν περιήρχετο, ἐπ' ὀνόματι B καλῶν ἕκαστον, τῶν δὲ ἀποκρινομένων ἔλεγεν "ἐγὼ ἄγγελός εἰμι, καὶ ἀπεστάλην εἰπεῖν πᾶσιν ἀποστῆναι τῆς κοινωνίας Προτερίου καὶ τῶν ἐν Χαλκηδόνι, Τιμόθεον δὲ τὸν Αἴλουρον ἐπίσκοπον προχειρίσασθαι Ἀλεξανδρείας." πλῆθος δὲ ἀτάκτων ἀνδρῶν ὠνησάμενος τυραννικῶς τοῦ θρόνου Ἀλεξανδρείας ἐκράτησε· καὶ καθῃρημένος ὢν ὑπὸ δύο καθῃρημένων χειροτονεῖται, χειροτονίας τε ἐπισκόπων ἐποίει ἀχειροτόνητος ὤν, καὶ βαπτίσματα ἐπετέλει πρεσβύτερος μὴ ὤν, καὶ μετὰ λύττης τινὸς ἀσχέτου τὴν ἁγίαν τετάρτην σύνοδον ὕβριζε. καὶ τὸν μακάριον Προτέριον διδόντα C τόπον τῇ ὀργῇ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ κατασφάττει μεθ' ἑτέρων ἓξ τῶν σὺν αὐτῷ· καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν σύραντες τὸ σῶμα αὐτοῦ πυρὶ κατέκαυσαν. τούτῳ τῷ ἔτει ἠνέχθη τὸ λείψανον τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας ἀπὸ τοῦ Σιρμίου, καὶ κατετέθη ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις.

"sane hoc quoque imperatorem decet, nemini cedere aut subditum esse, maxime ubi id cum rei publicae incommodo fieret."

Primo huius anno Antiocheae terrae motus fuit, qui totam pene urbem prostravit. Leo Thrax genere fuit, tribunicia dignitate. coronavit eum Anatolius patriarcha.

Cum autem omnes totius orbis ecclesiae concilio Chalcedonensi adstipularentur, unus scelerosus homo Alexandream conturbavit Timotheus, cognomento Aelurus. is magicis imposturis utens cellulas monachorum obivit noctu, nominatim quemque vocans. qui cum responderent, ita dixit: "ego sum angelus, in hoc missus ut omnes iubeam abstinere societate Proterii et Chalcedonensium rerum, Timotheo autem Aeluro episcopatum Alexandrinum tradere." porro cum catervam hominum turbulentorum mercede parasset, per tyrannidem solio episcopali potitus est. ita qui damnatus erat, a duobus damnatis deligitur, ipseque suffragiis non creatus creandi episcopi ius aliis tribuit; baptizatque, cum presbyter non esset. idem rabie quadam effreni sacrum concilium quartum contumeliis affecit, et Proterium irae divinae locum cedentem cumque eo sex alios magno sabbato interfecit. cuius corpus factiosi per totam urbem raptatum combusserunt. illo anno allatae sunt Sirmio reliquiae divae martyris Anastasiae, inque eius templo depositae, quod est apud rostra Domnini.

Τῷ β′ ἔτει Λέων ὁ βασιλεὺς μαθὼν τὸν ἄδικον θάνατον Προτερίου καὶ τὴν Αἰλούρου ἄθεσμον προαγωγήν, πέμψας τοὺς κοινωνήσαντας τῷ Προτερίου θανάτῳ ἐγλωσσοτόμησε. Τιμοθέῳ δὲ τῷ ἀνιέρῳ οὐκ ἐπεξῆλθε, τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ κρίσιν ἐπισκόποις καταλιπών. τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει καὶ Ζήνων Ἀριάδνῃ μίγνυται πρὸς γάμον, τῇ Λέοντος θυγατρί.

Τῷ γ′ ἔτει γράμματα πρὸς τοὺς ἑκάστης ἐπαρχίας ἐπισκό- D
[illegible]ς ἀπέστειλεν ὁ βασιλεύς, γράψαι αὐτῷ τὴν οἰκείαν γνώμην [illegible]τον, εἰ τοῖς ἐν Χαλκηδόνι ὁρισθεῖσιν ἀρέσκοιντο, καὶ περὶ [illegible]ς τοῦ Αἰλούρου χειροτονίας τί λέγοιεν. ἐν οἷς καὶ τῷ ἁγίῳ Συμεῶνι τῷ στυλίτῃ καὶ ἄλλοις πατράσι θαυματουργοῖς καὶ ὁσίοις διαμαρτυρόμενος, ὡς τῷ θεῷ τῶν ὅλων παρέχειν τὴν κρίσιν τῶν ἀμφισβητουμένων ποιοῦντας. οἱ δὲ παμψηφὶ ὁμοφρόνως κυροῦσι μὲν τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον εἶναι, καὶ τὸν ὑπ᾽ αὐτῆς ἐκτεθέντα ὅρον ἀποδέχονται, Τιμοθέου δὲ συμφώνως καταψηφίζονται ὡς φονέως καὶ αἱρετικοῦ· ὃν καὶ ἐξώρισεν ὁ βασιλεὺς εἰς Γάγγραν. κἀκεῖ δὲ συναγωγὰς ἀρξάμενος ποιεῖν ἐξορίζεται ἐν Χερσῶνι. Τιμόθεος δὲ ἄλλος ὁ ἐπίκλην Λευκὸς καὶ Σαλοφακίολος, ὀρθόδοξος καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ ὑπάρχων, ὑπὸ πάντων φιλούμενος P 348
χειροτονεῖται Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος.

Τῷ δ′ ἔτει ὁ τῆς μάνδρας στυλίτης μέγας Συμεὼν ἐκοιμήθη, πρῶτος καταδείξας τὴν τοιαύτην ἄσκησιν.

Τῷ ε′ ἔτει γέγονεν ἐμπρησμὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀρξά-

Secundo anno Leo imperator cognita iniusta Proterii caede Aelurique iniqua designatione, misit qui Proterii caedis consciis linguas excinderent. Aelurum non puniit, iudicio eius episcopis reservato. eodem anno nuptiae fuerunt Zenonis et Ariadnae Leonis filiae.

Tertio anno imperator scribit ad omnium provinciarum episcopos, petitque ut suam quisque de Chalcedonensi concilio et Timothei ad episcopatum progressu sententiam perscribant. scribit inter alios etiam ad Symeonem Stylitam aliosque mirificos et sanctos patres, obtestans ut ita de controversis rebus iudicium facerent, ut qui deo rationem essent reddituri. illi vero uno omnes suffragio et sensu Chalcedonense concilium probant, Timotheum homicidii ac haereseos condemnant. eum imperator Gangram relegavit. sed cum ibi quoque conventus agere coepisset, Chersonem deportatur. alius autem Timotheus, cognomento Albus et Salophaciolus, vir bonus et de religione recte sentiens omnibusque carus, Alexandrinus episcopus creatur.

Quarto anno Symeon Stylites moritur, primus istius vitae generis inventor.

Quinto anno incendium Cpoli fuit, a navali ortum et progressum

μενος ἀπὸ τοῦ νεωρίου καὶ φθάσας ἕως τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τῶν Ἀμάντων. Μαρκιανὸς δὲ ὁ οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, τὸν ναὸν κτίσας τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως, ἔτι νέον ὄντα τοῦτον τοῦ ἐμπρησμοῦ διεσώσατο, ἀνελθὼν εἰς τὸ κεράμιον μετὰ εὐαγγελίου καὶ θυμιατοῦ, καὶ τὸν θεὸν δάκρυσιν ἐξιλεωσάμενος. σφόδρα
B γὰρ ἐκράτει ὁ ἐμπρησμὸς οὗτος· κατὰ μὲν γὰρ ἀνατολὰς ἀπὸ τοῦ νεωρίου ἐπεκτεινόμενος μέχρι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ πτωχοῦ πρὸς δύσιν, ἐπὶ δὲ μεσημβρίας ἐν τῇ μέσῃ τῆς πόλεως ἀπὸ τῶν Λαύσου μέχρι τοῦ Ταύρου πάντα κατελυμήνατο. περιφανῆ δὲ ἐκ τῶν ἄλλων διαφέροντα τὸ πῦρ κατανάλωσεν ἐν μὲν τῷ Κωνσταντίνου φόρῳ οἶκον μέγιστον σενάτου καλούμενον, ἐκ χαλκῶν εἰκόνων καὶ πορφυρῶν λίθων διακεκοσμημένον, ἐν ᾧπερ καὶ οἱ λογάδες ἐβουλεύοντο καὶ ὁ βασιλεὺς εἰσῄει, ἡνίκα ὑπατικὴν ἔλαβε στολήν, καὶ τὸ νυμφαῖον τὸ τοῦδε τοῦ οἴκου κείμενον ἀντικρύ, ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγίνοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους· ἐν δὲ τῷ ταύρῳ οἶκον καὶ αὐτὸν τοῖς λογάσι καὶ τῷ βασιλεῖ ἐπιτήδειον, τοῖς μὲν
C εἰς τὸ συνιέναι καὶ περὶ τῶν πρακτέων διασκοπεῖν, τῷ δὲ ἐν τῇ ὑπάτῳ προκαθημένῳ βουλῇ, ἐν δυοκαίδεκα ποικίλοις κίοσιν ἐκ Τρωϊκῆς λίθου, πέντε καὶ εἴκοσι ποδῶν ἔχουσιν ὕψος, φέρουσι δὲ τὴν στέγην ἔκ τε νοτίου καὶ βορείου πλευροῦ σὺν τοῖς παρ' ἑκάτερα κατὰ τὸ ἀνατολικὸν καὶ δυτικὸν ψαλίσιν, οὗ τὸ μὲν μῆκος σμ' ποδῶν τὸ δὲ πλάτος πδ' ἦν· καὶ τῶν ἱερῶν δὲ οἶκοι μέγιστοι δύο, διακεκοσμημένοι παντοίοις λίθοις, ὧν ὁ μὲν τοῦ τετραπύλου

18 στολῇ? 19 φέροντι P

usque ad aedem b. Thomae Amantum. Marcianus autem procurator magni templi, cum fanum sanctae Anastaseos nuper exstruxisset, hoc ab incendio servavit, cum evangelio et suffitu adhibitis ad tegulas adscendisset deumque lacrimis placasset. nam id incendium admodum invaluit, ad ortum a navali profectum usque ad fanum Ioannis mendici, quod est ad occasum, ab austro media urbe, a Lausi usque ad Taurum omnia depascens. praecipua et reliquis praestantiora quae eo incendio perierunt, sunt curia maxima in foro Constantini, aereis imaginibus et porphyretico lapide ornata, in qua et delecti consultare solebant, et imperator intrabat ubi consularem vestem sumpsisset; item Nymphaeum, e regione huius curiae situm, in quo fiebant nuptiae eorum qui domibus carebant; item alia in Tauro curia, delectis senatoribus et imperatori accommodata, cum ii eo convenirent de rebus gerendis consultatum, imperator in veste consulari praesideret. imposita fuit 12 variis columnis de Troiano lapide, altis pedes 25: eae ab austri et septentrionis parte sustinebant aedificium, ad ortum et occasum fornicibus suffultum. fuit longitudine pedum 240, latitudine 84. templa quoque absumpta sunt duo maxima, omnis generis lapidibus exornata, alterum Tetrapylo

οὐ πόρρω ἐτύγχανεν ὤν, ὁ δὲ τῇ τοῦ ταύρου ἐνέκειτο ἀγορᾷ. καὶ ἄλλα πολλὰ κατελυμήνατο τὸ πῦρ, οἷον στοὰς ἐμβόλων, ἀγορὰς καὶ οἰκήσεις ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, ἄχρι τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου.

Τῷ ϛʹ ἔτει ζωγράφου τινὸς τὸν σωτῆρα γράψαι τολμήσαν- D τος καθ' ὁμοιότητα τοῦ Διὸς ἐξηράνθη ἡ χείρ· ὃν ἐξαγορεύσαντα δι' εὐχῆς ἰάσατο Γεννάδιος. φασὶ δέ τινες τῶν ἱστορικῶν ὅτι τὸ οὖλον καὶ ὀλιγότριχον σχῆμα ἐπὶ τοῦ σωτῆρος οἰκειότερόν ἐστιν. οὗτος ὁ Γεννάδιος τῇ νυκτὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἶδε φάντασμα δαιμονίου, ᾧ καὶ ἐπιτιμήσας ἤκουσεν αὐτοῦ κράζοντος ὡς αὐτοῦ μὲν ζῶντος ἐνδίδωσι, μετὰ δὲ θάνατον αὐτοῦ κρατήσει πάντως τῆς ἐκκλησίας. οὗτος ὁ Γεννάδιος κληρικῷ τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου Ἐλευθερίου ἀτάκτῳ ὄντι πολλάκις ἐνουθέτει. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν κάμψαι οὐκ ἴσχυσε, δηλοῖ τῷ ἁγίῳ Ἐλευθερίῳ, ἐν τῷ ναῷ εἰπὼν διά τινος τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ "ἅγιε μάρτυρ Ἐλευθέριε, ἢ P 349 διόρθωσαι τὸν κληρικόν σου ἢ ἔκκοψον αὐτόν." καὶ εὐθὺς ἐτελεύτησεν ὁ κληρικός. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Στούδιος τὸν ναὸν ἔκτισε τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, καὶ μοναχοὺς ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων ἐν αὐτῷ κατέστησε.

Τῷ ζʹ ἔτει Λέων ὁ βασιλεὺς Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ στρατηγὸν τῆς ἑῴας ἁπάσης πεποίηκε. Πέτρος δὲ Κναφεὺς ἀκολουθῶν Ζήνωνι, πρεσβύτερος ὢν τοῦ ἐν Χαλκηδόνι ναοῦ Βάσσης τῆς μάρτυρος καὶ τὰ τοῦ Ἀπολιναρίου φρονῶν, μυρίους θορύβους ἤγειρε κατὰ τῆς πίστεως, καὶ ἀναθεματίζει τοὺς μὴ λέ-

vicinum, alterum in foro Tauri. quin et alia multa ignis vastavit, ut porticus rostra fora domos, a mari usque ad mare, usque ad aedem sanctorum martyrum Sergii et Bacchi.

Sexto anno pictori cuidam aggresso Christum forma Iovis pingere manus exaruit. eum facinus confessum Gennadius precibus suis sanavit. quidam historici Christo attribuunt raros et crispos crines. is Gennadius noctu ad altare spectrum daemonis vidit; quem cum increpasset, audivit vociferantem nunc se ei viventi cedere, post ipsius mortem utique templo potiturum. idem Gennadius clericum quendam fani S. Eleutherii male viventem cum saepe obiurgasset, neque tamen inflectere posset, rem ad S. Eleutherium detulit, eum in suo templo cuiusdam ministri eius opera sic alloquens "dive martyr Eleutheri, aut corrige clericum tuum aut exscinde." illico clericus exspiravit. eodem anno Studius templum Ioannis Baptistae condidit, monachosque in eo collocavit eorum qui Acoemeti, hoc est insomnes, dicuntur.

Septimo anno Zenonem generum suum Leo toti Orienti praeposuit. fuit in comitatu Zenonis Petrus quidam Cnapheus (id est fullo), presbyter templi Bassae sanctae martyris, quod est Chalcedone. is quia Apollinarii errores sequebatur, infinitas contra fidem turbas excitavit,

B *γοντας τὸν θεὸν σταυρωθῆναι. καὶ σχίσας τὸν λαὸν Ἀντιοχείας
προστίθησιν ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς,
ὅπερ ἕως σήμερον παρὰ τοῖς θεοπασχίταις ἐκράτησε. Μαρτυρίου
δὲ τοῦ Ἀντιοχείας τῷ θρόνῳ ἀποταξαμένου, καὶ λέγοντος "κλήρῳ
ἀνυποτάκτῳ καὶ λαῷ ἀπειθεῖ καὶ ἐκκλησίᾳ ῥερυπωμένῃ ἀποτάσσο-
μαι, φυλάττων ἐμαυτῷ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα," Πέτρος ὁ
Κναφεὺς τῷ θρόνῳ ἐπιπηδᾷ. τὴν δὲ κατ᾽ αὐτοῦ ἐξορίαν ἀκού-
σας φεύγει, καὶ Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας προχειρίζεται.
τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ ὅσιος Γεράσιμος ἐν ταῖς τοῦ Ἰορδάνου ὄχθαις
ἀρεταῖς καὶ τέρασι περιβόητος ἐγένετο. καὶ ἄφιξις τοῦ ἀναχωρη-
C τοῦ Κυριακοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὃς ἔζησεν ἔτη ρζ΄. τῷ δ᾽ αὐτῷ
ἔτει μετετέθη ὁ προφήτης Ἐλισσαῖος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐν τῇ μονῇ
Παύλου τοῦ λεπροῦ· λεπρὸν γὰρ ἰάσατο καὶ λεπρὸν ἐποίησε καὶ
εἰς τοῦ λεπροῦ ἐτέθη.*

Τῷ η΄ ἔτει Δανιὴλ ὁ στυλίτης ἐν τῷ Ἀνάπλῳ τῷ στύλῳ ἐπέβη, καὶ Ἄνθιμος καὶ Τιμοκλῆς οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταὶ ἐγνωρίζοντο.

Τῷ θ΄ ἔτει σημεῖον ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ νεφέλη ὥσπερ σάλπιγγος ἐκτύπωμα ἔχουσα, ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα, καθ᾽ ἑσπέραν.

D *Τῷ ι΄ ἔτει Ἰσοκάσιος ὁ κοιαίστωρ Ἀντιοχείας, ὁ καὶ φιλό-
σοφος, διεβλήθη τῷ βασιλεῖ ὡς Ἕλλην· καὶ ἐκέλευσεν ἐξετασθῆ-*

6 τὸ om P

damnans eos qui negant deum fuisse crucifixum. et dissidio in plebe Antiochena facto, sanctissimo hymno haec inseruit "qui propter nos crucifixus est;" quod hodieque apud Theopaschitas obtinet. cum autem Martyrius Antiocheae episcopus se ita abdicaret "servata mihi sacerdotii dignitate, clerum inobedientem, populum contumacem et ecclesiam sordibus infectam res suas habere iubeo," Petrus ille Cnapheus episcopatum arripuit. mox se exsilio damnatum audiens profugit; et Iulianus episcopatui Antiocheae praeficitur. eodem anno sanctus Gerasimus ad ripas Iordanis virtutibus ac miraculis in magna fuit fama. tunc et Cyriacus anachoreta (ita vocant eos qui se ex hominum consuetudine in solitudines subducunt) Hierosolyma venit. is vixit annos 107. eodem anno vates Elissaeus est Alexandream translatus, in mansionem Pauli leprosi. ita qui leprosum sanaverat, lepram incusserat alteri, in leprosi domo depositus est.

Octavo anno Danielus Stylita in Anaplo columnam conscendit. et Anthimus ac Timocles tropariorum poetae innotuerunt.

Nono anno prodigium in caelo per dies 40 sub vesperam visum est, nubes in tubae speciem formata.

Decimo anno Isocasius quaestor Antiocheae, idemque philosophus, delatus est apud imperatorem, quod Graecam religionem teneret. is

ναι αὐτὸν παρὰ τῷ ἐπάρχῳ Κωνσταντινουπόλεως. ἀχθέντος δὲ αὐτοῦ δεδεμένου ὀπισθάγκωνα ἔφη πρὸς αὐτὸν Ποσαῖος ὁ ἔπαρχος "ὁρᾷς, Ἰσοκάσι, ἐν ποίῳ σχήματι καθέστηκας;" ὁ δὲ εἶπεν "ὁρῶ, καὶ οὐ ξενίζομαι· ἄνθρωπος γὰρ ὢν ἀνθρωπίναις περιέπεσον συμφοραῖς. ἀλλὰ δίκασον ἐπ' ἐμοί, ὡς ἐδίκαζες σὺν ἐμοί." ταῦτα ἀκούσας ὁ δῆμος εὐφήμησε τὸν βασιλέα· καὶ μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἐχάρη, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν.

Τῷ ιβ' ἔτει Λέων ὁ βασιλεὺς κατὰ Γιζερίχου τοῦ τῶν Ἀφρων κρατοῦντος καὶ πολλὰ τῶν Ῥωμαίων μετὰ θάνατον Μαρκιανοῦ ληϊσαμένου στόλον μέγαν ἐξαπέστειλε, ,αριγ' πλοῖα P 350
συναθροίσας, ἔχοντος ἑκάστου ἀνὰ ἄνδρας ἑκατόν. ἐν οἷς κατεκενώθη χρυσίου ρ'ρ'ξε' καὶ ἀργύρου ρ'ρ'ο', παρὲξ τῶν ἐκ τοῦ ταμιείου καὶ τῶν τῆς ἑσπερίας Ῥώμης διδομένων. καὶ ὁ τοσοῦτος στόλος ἄπρακτος διὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦντος κακοβουλίαν ὑπέστρεψεν, οὐδὲ τοὺς ἡμίσεις τῶν στρατιωτῶν σώους διαφυλάξας· ἔδειξε γὰρ τὴν γνώμην ἀληθῆ τοῦ εἰπόντος ὅτι κρεῖσσόν ἐστι στρατόπεδον ἐλάφων ἡγουμένου λέοντος ἢ στρατόπεδον λεόντων ἡγουμένου ἐλάφου. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ Ἄσπαρος υἱὸς πατρίκιος ὢν Καῖσαρ παρὰ τοῦ Λέοντος γίνεται, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πέμπεται διὰ τὸ ἑλκύσαι τὸν Ἄσπαρα ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ.

Τῷ ιε' ἔτει ὁ ὅσιος Εὐθύμιος ἐν Χριστῷ ἐκοιμήθη, ζήσας B
ἔτη ϙζ'.

eum examinari iussit apud praefectum urbis Cpolis. cum ergo manibus post tergum revinctis adduceretur, ita eum praefectus urbis Posaeus allocutus est: "videsne, Isocasi, quo habitu adstes?" respondit ille "video, neque miror: homo enim in humanam devenit calamitatem. tu vero ita mihi ius dicito, sicut me collega solebas dicere." haec audiens populus imperatorem collaudat; isque re cognita, laetus eum domum remittit.

Duodecimo anno contra Gizerichum, qui Africam obtinebat et ab exitu Marciani Romanos maiorem in modum depraedatus erat, magnam classem emisit, collectis 1113 navibus, viris in singulas 100. in eam impensa sunt aurei sexcenties quinquagies mille, argentei nummi septingenties mille demptis quae ex aerario sumpta et a Roma suppeditata sunt. ea tamen tanta classis re infecta, ne semisse quidem militum superstite, rediit, ductoris ob imprudentiam: is enim ostendit recte eum sensisse, qui dixit exercitum cervorum duce leone, praestare exercitui leonum quem cervus ducat. eodem anno Asparis filius patricius Caesar a Leone creatur ac Alexandream mittitur, quia Asparem ab Ariana secta abduxerat et sibi benevolum reddiderat.

Decimo quinto anno beatus Euthymius in Christo obdormivit, cum vixisset annos 97.

Τῷ ιϛʹ καὶ ιζʹ ἔτει τὰ τοῦ Γιζερίχου πολέμου ἄλλο ἐπ᾽ ἄλλῳ συνέβαινε.

Τῷ ιζʹ Λέων ὁ βασιλεὺς Λέοντα τὸν Ζήνωνος υἱὸν καὶ Ἀριάδνης τῆς ἰδίας θυγατρός, ἑαυτοῦ δὲ ἔγγονον, στέψας βασιλέα ἀνηγόρευσε. τότε καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου ἐξ Ἱεροσολύμων ἤχθη, εὑρεθεῖσα παρά τινι εὐλαβεστάτῃ γυναικὶ Ἑβραίῳ παρθένῳ. καὶ τὰ λείψανα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἀπὸ Νικομηδείας ἀνεκομίσθη, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς. ἐν τούτῳ
C τῷ καιρῷ Ῥωμύλος τις ἐπίκλην Αὐγουστάλιος αὐτοκράτωρ τῆς ἐν Ἰταλίᾳ βασιλείας καθίσταται, μετὰ χίλια ὀγδοήκοντα ἔτη Ῥωμύλου βασιλέως τοῦ τὴν Ῥώμην κτίσαντος. σημειωτέον δὲ ὡς ἀπὸ Ῥωμύλου ἡ τῆς ἑσπέρας ἀκμάσασα βασιλεία πάλιν ὑπὸ Ῥωμύλου ἐπὶ τοσούτους ἐπαύσατο χρόνους.

Ἀναγορευθέντος τοίνυν τοῦ μικροῦ Λέοντος, ἱππικοῦ ἀγομένου ὥρᾳ ϛʹ τῆς ἡμέρας σκότος βαθὺ ἐκάλυψε τὴν πόλιν, ἀθρόον δὲ ἐν εἴδει νιφετοῦ ὕσθη κόνις, πεπυρακτωμένων τῶν νεφῶν προφανέντων, ὡς νομίζειν πάντας ὅτι πῦρ βρέχει· καὶ ἐπὶ παλαιστὴν ἐτέθη ἡ κόνις. τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος ῥευματισμὸν γαστρὸς
D ὑποστάντος καὶ δεινοῖς κέντροις τὰ ἔνδον ἐλαυνομένου, ἤλεγξε τὸ πάθος τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐν κινδύνοις ἄπρακτον ὑπάρχειν. καθεζομένου γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἀμίδος, κἄν τε ὄπισθεν αὐτοῦ ἦν τὸ ἐκ τοῦ πυρὸς φῶς κἄν τε ἔμπροσθεν, διὰ τῆς γαστρὸς καὶ τοῦ νώτου ἐφαίνετο. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον κατισχνωθεὶς ἐτελεύτησε, καὶ

23 ἐφέρετο P

Annis sexdecim et septemdecim bellum contra Gizerichum varia fortuna gestum fuit.

Anno 17 rex Zenonis et suae filiae Ariadnae filium Leonem Caesarem declarat. tunc etiam vestis deiparae virginis Hierosolymis fuit allata, inventa apud quandam religiosissimam Ebraicam mulierem virginem. et reliquiae S. Anastasiae Nicomedia allatae inque eius fano repositae sunt. eo tempore Romulus quidam Augustulus imperator Italiae fit, annis 1080 post conditam a Romulo Romam. itaque occidentis imperium, quod a Romulo primum initium habuit, tanto post tempore in alio Romulo desiit.

Cum Leo iunior esset Caesar creatus et equestre spectaculum ederetur, hora diei sexta profundae tenebrae urbem texerunt, et sub nivis specie cinere immenso pluit, nubibus quasi igne canderent apparentibus, ita ut nemo non putaret igne pluere. cinis ad palmi altitudinem iacuit. porro cum Leo imperator profluvio ventris laboraret, atque intus atrocibus compungeretur cruciatibus, morbus iste demonstravit artis medicae nullam esse in periculis efficacitatem. quoties enim in matulam desidebat, sive ante sive post eum ignis esset, is per ventrem eius et dorsum pellucebat. adeoque extreme attenuatus vivendi finem fecit. corpus

ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν λάρνακι πρασίνῳ ἐν τῷ ἡρῴῳ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. γυνὴ δὲ τούτου Βηρίνη ἀδελφὴ Βασιλίσκου, ὃς τοῦ κατὰ Γιζερίχου σταλέντος μεγάλου στόλου ἐξῆρχε.

Λέων ὁ Ζήνωνος υἱὸς καὶ Ἀριάδνης, νήπιος ἔτι ὤν, βασιλεὺς προχειρίζεται παρὰ τοῦ πάππου αὐτοῦ μεγάλου Λέοντος· ὃς ἐβασίλευσεν ἔτος ἕν, καὶ στέψας τὸν ἴδιον πατέρα Ζήνωνα, Βηρί- P 351 νης καὶ Ἀριάδνης συναραμένων αὐτῷ, ἐτελεύτησε.

Ζήνων Ῥωμαίων βασιλεὺς ἔτη κζʹ μῆνας δʹ, αἱρετικὸς τῆς συγχυτικῆς αἱρέσεως τῶν ἀκεφάλων. ἐπὶ τούτου ἐκτίσθη τὸ Ἀμμώριον. τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει ἐν προοιμίοις Μεσοποταμίαν μὲν Σαρακηνοὶ Θρᾴκην δὲ κατέδραμον Οὖννοι, σφόδρα τοῖς πράγμασι κακῶς λυμαινομένου τοῦ βασιλέως, καὶ ἡδοναῖς ἀτόποις καὶ πράγμασι σχολάζοντος. ἦν γὰρ ὁ Ζήνων τῆς κακίστης καὶ εἰδεχθοῦς γενεᾶς τῶν Ἰσαύρων, δασύς τε καὶ εἰδεχθέστατος, ὥσπερ Ἕλληνες ζωγραφοῦσι τὸν Πᾶνα τραγοσκελῆ καὶ δασύκνημον, τὴν χροιὰν μέλας, τὴν ἡλικίαν ἀσύμβλητος, ὀργίλος, μνη- B σίκακος καὶ φθόνου μεστός. γυνὴ δὲ τούτου Ἀριάδνη. Βασιλίσκος δὲ ὁ Βηρίνης ἀδελφός, ἐν Ἡρακλείᾳ διατρίβων τῆς Θρᾴκης, ἐστασίασε κατὰ Ζήνωνος· ὃν φοβηθεὶς ὁ Ζήνων σὺν Ἀριάδνῃ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ καὶ χρήμασιν ἱκανοῖς φεύγει εἰς Ἰσαυρίαν κατά τι φρούριον ὀχυρὸν Οὔβαρα καλούμενον. Βασιλίσκος δὲ ἐν τῷ κάμπῳ ἀνηγορεύθη βασιλεύς, Μάρκον τε τὸν υἱὸν Καίσαρα

6 Βερνίκης P: corr margo

eius in viridi arca repositum est in monumento Constantini magni. uxorem habuit Verinam sororem Basilisci, qui magnae classis adversus Gizerichum missae dux fuit.

Leo Zenonis et Ariadnae filius imperator ab avo suo Leone magno est creatus, cum adhuc puer esset. imperavit annum unum, impositoque diademate patri suo Zenoni, Verina et Ariadna adiuvantibus, vita defunctus est.

Zeno imperavit annos 27, menses 4. fuit in haeresi eorum quos Acephalos vocant, quae naturas in Christo confundit. sub hoc conditum est Ammorium. huius primo anno, ipsis imperii eius principiis, in Mesopotamiam Saraceni, in Thraciam Hunni incursiones fecerunt, cum pessime rem publicam imperator ille corrumperet voluptatibusque et rebus absurdis esset deditus. fuit Zeno natus pessima et insigniter deformi Isaurorum gente, hirsutus et forma turpissima, qualem Graeci Panem pingunt hircipedem et crassis suris, niger, statura inconcinna, iracundus, iniuriarum tenax, invidentissimus. uxor ei fuit Ariadna. interim Basiliscus Verinae frater, Heracleae, quae est Thraciae urbs, contra Zenonem seditionem movet. eius metu Zeno cum uxore et magnis opibus ad Isauros fugit, in castellum munitum cui nomen Ubara. Basiliscus in campo imperator salutatus Marcum filium Caesarem appel-

ἐποίησε, καὶ Ζηνωδίαν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Αὐγοῦσταν ἔστεψε, καὶ εὐθέως κατὰ τῆς πίστεως παρετάξατο. τούτου δὲ ἀναγορευθέντος ὁ συμβὰς ἐμπρησμὸς κατὰ τὴν πόλιν τὸ ἀνθηρότατον μέρος διέφθειρεν· ἐν γὰρ τῷ μέσῳ τῶν Χαλκοπρατίων ἀρξάμενος
C αὐτάς τε ἀνάλωσεν ἄμφω τὰς στοὰς καὶ τὰ προσεχῆ πάντα, τήν τε καλουμένην βασιλικήν, ἐν ᾗ ἀπέκειτο βιβλιοθήκη ἔχουσα βίβλους μυριάδας δώδεκα, μεθ' ὧν βιβλίων καὶ τὸ τοῦ δράκοντος ἕτερον ποδῶν ἑκατὸν εἴκοσιν, ἐν ᾧ ἦν γεγραμμένα τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα, ἥ τε Ἰλιὰς καὶ ἡ Ὀδύσσεια, χρυσέοις γράμμασι, μετὰ καὶ τῆς ἱστορίας τῆς τῶν ἡρώων πράξεως. συνέφθειρε δὲ καὶ τῆς μέσης τῶν παλατίων ἑκατέρωθεν στοᾶς καὶ τῶν Λαύσου τὰ κάλλιστα ἀναθήματα· πολλὰ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἀγαλμάτων αὐτόθι ἐνίδρυντο, τῆς Ἀφροδίτης τῆς ἐν Κνίδῳ τὸ περιβόητον, καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, καὶ τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἐξ ἄλλης ὕλης, ἣν Ἄμα-
D σις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς τῷ σοφῷ Κλεοβούλῳ ἀπέστειλε, καὶ ἄλλα μυρία. ἐπέδραμε δὲ τὸ πῦρ καὶ μέχρι τοῦ καλουμένου φόρου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. διά τοι ταῦτα μισεῖσθαι τὸν Βασιλίσκον συνέβη παρὰ πάσης τῆς πόλεως, ἐμπρησμὸν ἀποκαλούντων αὐτὸν καὶ τῆς βασιλείας ἀφανισμόν· ὁ γὰρ βασιλίσκος τὸ θηρίον καὶ ὁ ἐμπρησμὸς ἰσόψηφα τυγχάνουσι. γράφει τοίνυν ἡ σύγκλητος πρὸς Ζήνωνα, καὶ προσλαβὼν ἐκεῖνος Ἰλλόν τε καὶ τοὺς Ἰσαύρους καὶ Λυκάονας καὶ ἄλλους ὅσοι πρὸς τὰς καινοτομίας ἐπτόηνται, ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον μετὰ χειρὸς βασιλικῆς, καὶ πάλιν τῆς
P 352 τυραννίδος ἐπιλαμβάνεται (οὐ γὰρ λέγω βασιλείας), καὶ τὸν Βα-

8 ἔντερον *Zonaras.* margo P

lat, et Zenodiam uxorem suam Augustae corona exornat; ac statim verae religioni bellum facit. hoc imperatore creato incendium florentissimam urbis partem absumpsit. ortum enim a mediis Chalcopratiis cum utramque porticum, tum contigua omnia et basilicam devoravit, in qua fuit bibliotheca librorum milia 120 continens; inter quos libros fuit etiam draconis intestinum, pedes 120 longum, cui Homeri poemata Ilias et Ulyssea aureis literis fuerant inscripta, cum historia rerum ab heroibus gestarum. perdidit una etiam mediae in palatiis domus utramque porticum, et in Lauso pulcherrima donaria. ibi enim multa antiquorum simulacrorum erant posita, ut statua illa nobilis Cnidiae Veneris, itemque Samiae Iunonis, et alia ex materia Lindiae Minervae, quam Amasis Aegyptiorum rex sapienti Cleobulo miserat, aliaque infinita. excurrit ignis etiam usque ad forum Constantini magni. eapropter in odio universorum civium fuit Basiliscus, incendiumque et eversio urbis cognominatus: nam alludebant ad basilisci serpentis nomen et naturam. scribit igitur ad Zenonem senatus, isque Illo Isauris et Lycaonibus assumptis, aliisque ad novarum rerum molitionem propensis, regio cum exercitu ad urbem accedit, rursusque tyrannidem (quis enim dicat imperium?)

σιλίσκον ἐξαγαγὼν τῆς ἐκκλησίας ᾗ πρὸ τούτου προσπέφευγε, μετὰ μυρίους ὅρκους φρικωδεστάτους ἐξορίζει ἐν Κουκουσῷ τῆς Καππαδοκίας, ἀποκλείσας δὲ εἰς ἕνα πύργον σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις λιμῷ διαφθείρει. Τιμόθεόν τε τὸν Αἴλουρον ἀνεκαλέσατο, καὶ Πέτρον τὸν Κναφέα κρυπτόμενον ἐν τῇ μονῇ τῶν ἀκοιμήτων, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐχθροὶ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἐπαρρησιάζοντο κατὰ τῆς ἀληθείας. ὁ δὲ Αἴλουρος συναγαγὼν ἀτάκτους Ἀλεξανδρεῖς ἐνδημοῦντας τῷ Βυζαντίῳ, ἐκ τοῦ παλατίου πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἦλθεν ἐποχούμενος ὄνον, καὶ τὴν Ὀκτάγωνον καταλαβὼν πτωθεὶς συνετρίβη τὸν πόδα, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀντέστρεψε. τοῦτον ὁ Βασιλίσκος ἔτι ὢν μετὰ τύπων εἰς Ἀλεξάν- B δρειαν κατὰ τῆς συνόδου ἐξέπεμψεν. ὃν ἰδόντες εἰσερχόμενον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οἱ σπουδασταὶ ἠρώτων "ἐψώμισας τοὺς ἐχθρούς σου, πάπα;" ὁ δὲ "ναὶ οὕτως ἐψώμισα" ἀπεκρίθη. καὶ Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἀμφοτέρους κατὰ τῆς ἀληθείας ἀπέστειλεν ἐνισχύσας. ὁ δὲ Σαλοφακίολος Τιμόθεος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας τοῦτο ἀκούσας ὑπεχώρησεν ἐν τοῖς μοναστηρίοις τοῦ Κανώπου, ὧν ἐγεγόνει καὶ τῆς ἀσκήσεως. Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς καταλαβὼν τὸν θρόνον εἰς ἀναθέματα καὶ ταραχὰς ἐξώρμησεν. ὅθεν φόνοι καὶ ταραχαὶ διὰ τὴν προσθήκην τοῦ τρισαγίου γεγόνασιν· αὐτὸς γὰρ προστέθεικε τὸ ὁ σταυρωθεὶς δι' C ἡμᾶς. Βασιλίσκος δὲ τύπῳ γενικῷ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐξέβαλεν, Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως κελεύσας τὸ αὐτὸ

invadit. confugerat in fanum quoddam Basiliscus: inde eum Zeno, iuramentis se plurimis atque maxime terribilibus obligans, educit, inque Cucusum Cappadociae oppidum relegat, ibique cum uxore et liberis in unam turrim conclusam fame enecat. idem Zeno Timotheum Aelurum revocavit, et Petrum Cnapheum, qui inter insomnes monachos delituerat, aliosque item hostes Chalcedonensis concilii, qui libero ore veritatem insectabantur. Aelurus Alexandrinos turbulentos, qui Byzantii tum peregrinabantur, cum adscivisset, a palatio ad templum asino vectus, cum ad Octagonum pervenisset, lapsus pedem fregit ac cum dedecore est reversus. eum Basiliscus adhuc rerum compos cum typis Alexandream miserat ut Chalcedonense concilium impugnaret. quem ingredientem Alexandream videntes sectatores eius interrogarunt "numnam, o papa, tuis hostibus bucceas praebuisti?" respondit ille "omnino eis cibum ita porrexi." Petrum quoque Cnapheum Antiocheam eodem consilio ablegaverat. at Salophaciolus Timotheus Alexandreae episcopus his auditis recessit ad monasteria Canopica suae disciplinae. Cnapheus simulatque potitus est episcopatu, damnationibus et tumultibus operam navavit. inde caedes atque turbae existere, propterea quod Cnapheus sanctissimo carmini adiecisset "qui crucifixus es pro nobis." ceterum Basiliscus generali edicto concilium Chalcedonense reiecerat. quod idem cum iuberet facere Acacium Cpolitanum episcopum, tota urbs cum mu-

ποιεῖν. ἀλλ' ἡ πόλις ἅπασα σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς τὴν ἐκκλησίαν κατὰ Βασιλίσκου ἐλθόντες τοῦτον ἐκώλυσαν. Ἀκάκιος δὲ μελανειμονήσας τὸν θρόνον καὶ τὸ θυσιαστήριον κατέλιπε. καὶ Δανιὴλ δὲ ὁ μέγας δι' ἔνθεον ζῆλον ἀποβὰς τοῦ στύλου Ἀκακίῳ τε καὶ τῷ λαῷ συνεκκλησίαζε.

Τῷ γ' ἔτει Πέτρον τὸν Κναφέα διὰ τὸ συνδραμεῖν Βασιλίσκῳ ψήφῳ τῆς ἀνατολικῆς συνόδου καθαιρεῖ Ζήνων καὶ εἰς Πι-
D τυοὺς ἐξορίζει. ὁ δὲ λαθὼν προσφεύγει τῷ ἁγίῳ Θεοδώρῳ ἐν Εὐχαΐταις. Τιμόθεος δὲ ὁ Αἴλουρος ἐν τούτοις θνήσκει. ἀντ' αὐτοῦ δὲ Πέτρος ὁ Μογγὸς εἰσάγεται, ἀνὴρ κακοῦργος καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρός, ὃς προκαθῃρημένος ἤδη χειροτονεῖται ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου, καὶ τούτου καθῃρημένου. τούτῳ κατὰ θεοῦ ζῆλον ἐπελθόντες οἱ μοναχοί, λς' μόνας ἡμέρας λῃστρικῶς κρατήσαντι, τῆς ἐπισκοπῆς ἀπελαύνουσι, καὶ Τιμόθεον πάλιν τὸν Σαλοφακίολον ἀποκαθιστῶσιν ἀξίως τῷ θρόνῳ.

Τῷ δ' ἔτει ἐγένετο σεισμὸς φοβερὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κε', καὶ ἔπεσον ἐκκλησίαι πολλαὶ καὶ οἰκίαι καὶ
P 353 ἔμβολοι ἕως ἐδάφους, κατεχώσθη δὲ πλῆθος ἀνθρώπων ἀναρίθμητον. ἔπεσε δὲ καὶ ἡ σφαῖρα τοῦ ἀνδριάντος τοῦ φόρου, καὶ ἡ στήλη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἡ εἰς τὸν κίονα τοῦ Ταύρου, καὶ τὰ ἔσω τείχη περὶ διάστημα ἱκανόν. καὶ ἐκράτει ὁ σεισμὸς χρόνον πολύν, ὥστε τὴν πόλιν ἐποζέσαι. τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρνάβα λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δέν-

11 ὁ P

lieribus et liberis in templum adversus Basiliscum convenerunt idque prohibuerunt. Acacius autem nigris vestibus sumptis solium et altare deseruit. quo tempore etiam magnus ille Danielus, fervido dei studio impulsus, a columna descendit Acaciique et populi concionibus adfuit.

Tertio anno Zeno Cnapheum, quia is Basilisco studebat, opera synodi orientalis deiicit inque Pityos relegat, isque clam ad sanctum Theodorum in Euchaitis confugit. interim Aelurus moritur, eique sufficitur Petrus Mongus, homo maleficus et veritatis hostis; qui iam ante damnatus ab uno episcopo, eo quoque damnato delectus est. hunc deo instigante aggressi monachi triginta sex dies episcopatu latrocinii in morem functum deiiciunt, eamque dignitatem legitime reddunt Timotheo Salophaciolo.

Quarto anno terribilis fuit terrae motus Cpoli die 25 Sept. corruerunt multa templa domus rostraque funditus, et obruta est immensa hominum multitudo. cecidit etiam globus columnae fori, et statua Theodosii magni, quae columnae Tauri imposita erat, murique interioris satis longa pars. duravit diu ille terrae motus, adeo ut foetor quoque urbem occuparit. ea tempestate reliquiae beati apostoli Barnabae inventae sunt in Cypro. iacebat cadaver id sub arbore ceraso, evangelium quod

δρον κερασέαν ἱστάμενον, ἔχον ἐπὶ τοῦ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον ἰδιόγραφον αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου Βαρνάβα. ἐξ ἧς προφάσεως ἔκτοτε γέγονε μητρόπολις ἡ Κύπρος, καὶ τοῦ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν ἀλλ' ὑπὸ Κωνσταντινούπολιν. τὸ δὲ τοιοῦτον εὐαγγέλιον Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ παλατίῳ, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ. B

Τῷ ιβ' ἔτει Φῆλιξ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου σύνοδον ποιήσας δύο ἐπισκόπους καὶ ἔκδικον ἔπεμψεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, γράψας Ζήνωνι καὶ Ἀκακίῳ ἐκβαλεῖν Πέτρον τὸν Μογγὸν ὡς αἱρετικὸν τῆς Ἀλεξανδρείας.

Τῷ ιγ' ἔτει, τῶν ἀπὸ Ῥώμης κρατηθέντων ἐν Ἀβύδῳ γνώμῃ Ζήνωνος καὶ Ἀκακίου καὶ τῶν γραμμάτων ἀφαιρεθέντων καὶ ἐν φρουρᾷ βληθέντων, ἠπείλησε Ζήνων τούτους ἀνελεῖν, εἰ μὴ κοινωνήσουσιν Ἀκακίῳ καὶ Πέτρῳ τῷ Μογγῷ.

Τῷ ιε' ἔτει Ζήνων τῇ βουλῇ Ἀκακίου τοὺς κατὰ τὴν ἑῴαν ἐπισκόπους ἐβιάζετο ὑπογράψαι τῷ ἑνωτικῷ, ὅπερ αὐτὸς Ἀκάκιος C ἐποίησεν ἐξ ἰδίας καρδίας συντάξας, καὶ κοινωνῆσαι Πέτρῳ τῷ Μογγῷ. τοὺς δὲ τῆς Ῥώμης ἀποκρισιαρίους παρέπεισε χρήμασι κοινωνῆσαι Ἀκακίῳ παρὰ τὰ ἐνταλθέντα αὐτοῖς. τοῦτο μαθὼν ὁ Φῆλιξ καθῄρει τούτους, γράψας καὶ Ἀκακίῳ καθαίρεσιν· ἥνπερ δεξάμενος Ἀκάκιος ἀναισθήτως περὶ αὐτὴν εἶχε, καὶ τὸ ὄνομα Φήλικος ἐξῆρε τῶν διπτύχων.

Τῷ ις' ἔτει Πέτρος ὁ Μογγὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπέθανε,

S. Matthaeus composuerat, in pectore gestans, manu Barnabae descriptum. ea occasione Cyprus metropolis facta est, ut iam non amplius sub Antiochea censeretur, sed soli Cpoli subesset. id evangelium Zeno reposuit in palatio, in aede S. Stephani in Daphna.

Anno duodecimo Felix concilio in aede Petri et Pauli apostolorum habito duos episcopos et exsecutorem Cpolin mittit, Zenonem et Acacium per literas iubens Mongum, utpote haereticum Alexandrea exigere.

Anno 13 Zenonis et Acacii iussu Romani legati Abydi sunt comprehensi, literae interceptae, ipsi in custodiam dati; minatusque eis Zeno mortem est, nisi cum Mongo et Acacio communionem inirent.

Anno 15 Acacii suasu Zeno orientales episcopos coegit subscribere Henotico (id scriptum, sic a concordia instituenda dictum, Acacius ex animi sui sententia condiderat) et communicare cum Petro Mongo. pecunia quoque data Roma missos legatos eo perduxit ut contra mandata sua cum Acacio communicarent. Felix ubi rem comperit, iis suam ademit dignitatem, Acacium quoque per literas ad eum scriptas ordine deiiciens. quas acceptas Acacius pro nihilo habuit, Felicisque nomen ex albo sustulit.

Anno 16 Petrus ille Mongus Alexandreae moritur, eique Athanasius

καὶ Ἀθανάσιος ἀντ' αὐτοῦ ἐχειροτονήθη ὁ ἐπίκλην Κηλήτης. Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς ἀνεθεὶς τῶν τυράννων ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας
D Ἀντιοχείας Καλανδίωνα καὶ ἐξώρισεν εἰς Ὄασιν, Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα κατέστησεν ἐν αὐτῇ, ὃς ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν πολλὰ κακὰ ἐποίησεν, ἀναθεματισμοὺς τῇ πάλιν τῆς συνόδου καὶ ἐκβολὰς ἐπισκόπων ἀνεπιλήπτων ἀντεισαγωγάς τε καὶ χειροτονίας ἀθέσμους καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. πρότερον δὲ προσέθηκε τῷ τρισαγίῳ "Χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς." ὕστερον δὲ ἐλθὼν περιεῖλε τὸ Χριστὲ βασιλεῦ. Ξεναΐας δὲ ὁ δοῦλος τοῦ Σατανᾶ τὴν δεσποτικὴν εἰκόνα καὶ τῶν ἁγίων ἐδίδασκε μὴ δέχεσθαι. Πέρσης γὰρ ἦν τῷ γένει, δοῦλος δὲ τὴν τύχην. ἀποφυγὼν δὲ τοῦ
P 354 ἰδίου δεσπότου ἐπὶ Καλανδίωνος τὰς περὶ Ἀντιόχειαν κώμας ἀνεστάτου ἀπὸ τῆς πίστεως. ἀβάπτιστος δὲ ὢν κληρικὸν ἑαυτὸν εἶναι ἔλεγε. τοῦτον Καλανδίων ἀπήλασε, Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς ἐπίσκοπον Ἱεραπόλεως χειροτονήσας μετωνόμασε Φιλόξενον. μαθὼν δὲ ὕστερον ἀβάπτιστον εἶναι, ἀρκεῖν αὐτῷ τὴν χειροτονίαν ἀντὶ βαπτίσματος ἔφησεν. Εὐθύμιος δὲ ὁ ὀρθοδοξότατος Ἀναστάσιον τὸν σιλεντιάριον, τὸν κακῶς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα, τῆς ἐκκλησίας ἐδίωκεν ὡς αἱρετικὸν καὶ ὁμόφρονα Εὐτυχοῦς.

Τῷ ιζ' ἔτει Ζήνων ἤρετο Μαριανὸν τὸν σοφώτατον κόμητα· ἦν γὰρ μυστικά τινα εἰδώς, ἃ καὶ προέλεγεν αὐτῷ. φησὶ γάρ
B "τίς μετ' ἐμὲ βασιλεύσει;" ὁ δὲ εἶπεν ὅτι καὶ τὴν βασιλείαν σου

cognomento Celetes subrogatur. Zeno autem a tyrannis otium adeptus Antiochena ecclesia exturbat Calandionem, inque Oasin relegat, episcopatum Petro Cnapheo reddit. is Antiocheam reversus multa mala facinora fecit, damnationibus concilii novis, eiectionibus inculpatorum episcoporum, substitutionibus et delectibus illegitimis, aliisque id genus. nam iam ante adiecerat sanctissimo hymno "Christe rex, crucifixe pro nobis." post reditum autem abstulit haec "Christe rex." et Xenaias quidam Satanae servus docebat non esse recipiendas Christi et sanctorum imagines. erat natione Persa, conditione servus. hic cum sub Calandione profugisset a suo domino, pagos qui sunt circa Antiocheam a fide avocabat; cumque nondum esset baptizatus, tamen clericum se esse dicebat. hunc Calandio profligaverat: sed Cnapheus Hierapolitano episcopatui praefecit ac Philoxenum nominavit. cumque postea intellexisset eum non esse baptizatum, sufficere ei designationem loco baptismatis affirmavit. ceterum Euthymius, qui de religione rectissimam tuebatur sententiam, Anastasium Silentiarium, qui postea temporis imperium male gessit, ecclesia eiecit ut haereticum et Eutychi consentientem.

Anno 17 Zeno Marianum, sapientissimum comitem, et qui arcana quaedam praesciret ac imperatori indicaret, interrogavit quisnam sibi in imperio esset successurus. respondit ille "imperium et uxorem tuam

καὶ τὴν γυναῖκά σου διαδέξεταί τις ἀπὸ σιλεντιαρίων, ἐμὲ δὲ ἀδίκως ἀποκτενεῖς. καὶ ἀμφότερα ἐν καιροῖς τοῖς ἰδίοις γεγόνασι. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ Πέτρος ὁ Κναφεὺς τέθνηκε, καὶ ἀντ' αὐτοῦ Παλλάδιος, πρεσβύτερος τῆς ἐν Σελευκίᾳ ἐκκλησίας τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης, προεβλήθη ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας. συνεψηφίσθη δὲ τούτῳ καὶ Ἰωάννης ὁ Κωνσταντίνου καὶ Ἀναστάσιος ὁ κακῶς βασιλεύσας σιλεντιάριος.

Ὁ μέντοι Ζήνων ἐπαρθεὶς ὑψηλοφροσύνῃ πρὸς δημεύσεις καὶ φόνους ἀδίκους χωρεῖ, καὶ πάντα ἄνθρωπον αἰτιώμενος διὰ τῆς οἱασοῦν αἰτίας ἀνῄρει. τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ὑπὸ μελαγχο- C λίας καὶ δαιμονίῳ κρατούμενος ἀνεῖλεν οἰκτρῶς καὶ ἀπανθρώπως Ἴλλον τὸν μάγιστρον, δι' οὗ καὶ τὴν ζωὴν σχεδὸν ἔσχε καὶ τῆς βασιλείας ἐκράτησεν. ἀναιρεῖ δὲ καὶ τὸν θαυμαστὸν καὶ περὶ ποίησιν ἐπῶν ἀξιόλογον ἄνδρα Πελάγιον τὸν πατρίκιον, ἐλευθεροστομεῖν εἰδότα, ὡς φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ φανερῶς ἐλέγχοντα τὰς ἀθεμίτους Ζήνωνος πράξεις· ὃς ἐν τῷ μέλλειν ἀδίκως τελευτᾶν τοιάσδε φωνὰς ἠφίει πρὸς τὸν τῶν ὅλων θεόν, εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀναπετάσας, "αἲ θεὲ δικαιότατε, ἐμοὶ μὲν ἐπάγεται βίαιος θάνατος, διότι τὰς πολλὰς βίας Ζήνωνος ἐλευθεροστομῶν ἀνέστελλον, καὶ ὅτι τὸν ἠλίθιον ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐ συνεχώρουν D βασιλέα γενέσθαι· σὺ δέ, δέσποτα παντοδύναμε, ᾧ μέλει τὰ τοῦ δικαίου, θᾶττον αὐτοῖς τῆς μιαιφονίας ἀπαιτήσεις τὰς εὐθύνας." τούτου φέρεται ἱστορία δι' ἐπῶν γεγραμμένη ἀπὸ Αὐγούστου

accipiet quidam de Silentiariis, me autem iniuste occides." horum utrumque suo tempore exitus comprobavit. eodem anno Petrus Cnapheus vita decedit, inque eius locum episcopus Antiocheae creatur Palladius, presbyter templi sanctae martyrum principis Theclae, quod erat Seleuciae. suffragatores habuit Ioannem Cpolitanum et Anastasium, cuius modo meminimus.

Enimvero elatus fastu Zeno, aut (ut rectius loquar) atrae potius bilis morbo et furiis actus, ad bonorum publicationes et iniustas caedes animum adiecit. nam proximo cuique crimen intentabat, eumque qua iure qua iniuria de medio tollebat. miseranda prae ceteris atque in primis inhumana caedes fuit Illi magistri, qui et vitam eius servarat et eum ad imperium evexerat. interfecit etiam Pelagium patricium, virum praeclarum et carminis scriptione insignem, quod is pro sua prudentia et iustitia libertatem dicendi sibi sumens Zenonis nefaria facinora palam incessebat. moriturus manibus in caelum intentis deum omnium rerum gubernatorem sic est precatus: "o iustissime deus, mihi quidem iniusta neces infertur, propterea quod libero ore Zenonis multa facinora violenta repressi, et quod fatuum eius fratrem nolui Caesarem designari. tu autem, domine omnipotens, qui iustitiae rationem habes, quam primum scelerata eorum homicidia punito." exstat historia ab eo

Καίσαρος. τούτου πόνημα καὶ τὰ καλούμενα Ὁμηρόκεντρα καὶ
ἄλλα μυρία θαύματος ἄξια. τὰ ὅμοια δὲ πέπονθε καὶ Ζώσιμος
ὁ Γαζαῖος ῥήτωρ καὶ Ἀρκάδιος ὁ ἔπαρχος καὶ ἄλλοι τῶν ἐπισή-
μων. τοιούτου γὰρ καὶ τοσούτου γεγονότος τοῦ Ζήνωνος ἔν τε
φόνοις καὶ ἀθεμίτοις πράξεσιν, οὐκ ἠμέλησε τὸ θεῖον εἰς τὴν τού-
P 355 του ἀναίρεσιν, ἀλλὰ σφοδραῖς καὶ ἀδιαγνώστοις ὀδύναις πᾶν τὸ
σῶμα περιβαλὸν βιαίως τοῦ ζῆν ἀπεστέρησε. λόγος δὲ ἐφέρετο
ὅτι ἔκ τινος θείας δυνάμεως ἐκαρατομήθη ἀοράτως, μόνης τῆς
δέρεως τῷ τραχήλῳ συνημμένης. τῆς οὖν γαμετῆς αὐτοῦ καὶ
τῶν θαλαμηπόλων τῆς οἰκείας ἀσφαλείας προνοουμένων, εἴασαν
τὸν νεκρὸν κείμενον γυμνὸν ἐπὶ σανίδος, καὶ μόλις ἀμφὶ τὸν ὄρ-
θρον τῶν οὐ προσηκόντων τις ἔρριψεν αὐτῷ σινδόνα. μετὰ δὲ
τὸ κατατεθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ τάφῳ ἔφασαν οἱ σωματοφύλακες οἱ
ἐν τῷ τάφῳ τεταγμένοι γοερὰν φωνὴν ἐπὶ δύο νύκτας ἀποδίδο-
σθαι ἐκ τοῦ μνήματος αὐτοῦ "ἐλεήσατε, ἐλεήσατε, καὶ ἀνοίξατέ
B μοι." τῶν δὲ εἰπόντων ὅτι ἄλλος βασιλεύει, ἔφη "οὐδέν μοι
μέλει· εἰς μοναστήριον ἀπαγάγετέ με." τῶν δὲ μὴ ἀνοιξάντων,
λέγεται μετά τινα χρόνον τὸ μνημεῖον ἀνοιγῆναι, καὶ εὑρεθῆναι
αὐτὸν ὑπὸ πείνης φαγόντα τοὺς βραχίονας αὐτοῦ καὶ τὰ καλίγια
ἃ ἐφόρει, διὰ τὸ συχνῶς τῷ κατόχῳ νοσήματι κρατεῖσθαι, καὶ
προφιλιωθῆναι ἔτι ζῶντος αὐτοῦ τὴν Ἀριάδνην τῷ Ἀναστασίῳ,
ὅθεν καὶ οἱ φύλακες τῶν βασιλικῶν μνημάτων τῇ παραγγελίᾳ αὐ-
τῆς πρὸς τὸ μὴ ἀνοιγῆναι τὸν Ζήνωνα ἐτυπώθησαν ἔκτοτε.

4 δέ? an οὖν?

scripta versibus, ab Augusto Caesare orsa. Homerocentra etiam composuit, aliaque plurima laude digna. Zeno autem Zosimum praeterea interfecit, rhetorem Gazaeum, et Arcadium praefectum, aliosque illustres viros. neque vero tot caedibus ac sceleribus non imposuit poenas divina vindicta, sed eum vehementibus atque incognitis doloribus toto corpore excruciatum violenta morte sustulit. fertur fama ei a quadam divina potestate ita fuisse caput abscissum, ut ea res conspectum hominum fugeret solaque cute caput cum cervicibus iungeretur. itaque uxorem et cubicularios proprie saluti consulentes mortuum in assere iacentem reliquisse: diluculo tandem quendam nulla eum necessitudine attingentium sindonem cadaveri iniecisse. satellites porro qui ad sepulcrum, in quo repositus fuit, custodiendum erant collocati, rettulerunt se per duas noctes lamentabilem vocem audivisse ex sepulcro elatam: "miseremini, et aperite mihi." cum dicerent alium iam imperare, "nihil" inquit "curo: in monasterium me abducite." sed cum illi non aperirent, ferunt aliquanto post monimentum fuisse reclusum inventumque in eo Zenonem, qui prae fame suos ipse lacertos manderet et caligas, quas gestabat, quia crebro comitiali corripiebatur morbo, et ipso adhuc vivente Ariadna Zenonem amabat. itaque ea mandaverat custodibus regii sepulcri ne aperirent.

Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς χρόνοις Περόζης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς πάλιν ἐπιστρατεύσας ἐπὶ τοὺς λευκοὺς Οὔννους τοὺς Νεφθαλίτας C ἀπώλετο πανστρατί. ὀρύξαντες γὰρ τάφρον βαθεῖαν καὶ καλάμους ἐπιθέντες καὶ γῆν ἐπιχώσαντες ἔμεναν ἔνδον, ὀλίγους δὲ ὑπαντῆσαι τούτοις ἀφέντες, καὶ αὖθις εἰς φυγὴν τραπέντες καὶ τὰ στενὰ διαβάντες, ἅ σφίσι γνώριμα ὑπῆρχον. οἱ δὲ Πέρσαι μηδὲν δεινὸν ὑποπτεύσαντες ἀκρατῶς τούτους ἐδίωκον, καὶ πάντες ὁμοῦ σὺν τῷ Περόζῃ καὶ τοῖς αὐτοῦ παισὶν εἰς τὸ βάραθρον συμπεσόντες ἀπώλοντο. ὁ δὲ Περόζης αἰσθόμενος τοῦ δεινοῦ, τὸν μάργαρον ὃν εἶχε λευκότατον καὶ μέγαν, εἰς ὑπερβολὴν ὑπέρτιμον, ἐξ ὠτὸς τοῦ δεξιοῦ ἀφελόμενος ἔρριψεν, ἵνα μή τις ὀπίσω αὐτοῦ τοῦτον φοροίη ἢ γνώριμος γένηται ὡς βασιλεύς, ἐπεὶ ἀξιοθέατος ὑπερφυῶς ἦν. καὶ οὕτω Περόζης διεφθάρη σὺν πάσῃ τῇ στρα- D τιᾷ. ἦρξαν δὲ Περσῶν οἱ βάρβαροι χρόνους δύο εἰς φόρου ἀπαγωγήν. καὶ πάλιν οἱ ὑπολειφθέντες Καβάδην τὸν τούτου υἱὸν εἶχον βασιλέα.

Περὶ δὲ τοῦ μαργαρίτου, πῶς καὶ ποίῳ τρόπῳ εὑρέθη, τοιαύτην εὕρομεν ἱστορίαν. ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ τῷ πρὸς βορρᾶν κειμένῳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τρέφονται μαργαρῖται ὑπὸ κτενῶν, οὕς τινες ζάμβακας ὀνομάζουσι. τούτων τῶν κτενῶν εὑρέθη τρέφων ἐν ἑαυτῷ κτεὶς εἷς μαργαρίτην ὑπερφυῆ καὶ λαμπρότατον. αὐξηθέντος δὲ τούτου καὶ παρὰ τὸ μέτρον γεγονότος αὐγάς τε δίκην ἀστραπῆς ἀκτινοβολοῦντος καὶ διαπέμποντος, ἠράσθη κύων θαλάττιος τῆς αὐγῆς τοῦ μαργαρίτου, καὶ τῆς αὐτοῦ ὡραιότητος P 356

Eodem tempore Perozes Persarum rex, cum denuo expeditionem adversus albos Hunnos, qui vocantur Nephthalitae, suscepisset, cum toto exercitu periit. nam Hunni cum profundam fossam egissent eamque calamis constravissent, superne terra iniecta, intra eam sese continuerunt, paucis emissis qui hosti occurrerent ac mox fuga facta per angustias sibi notas evaderent. Persae ergo insidiis non animadversis eos insecuti universi cum rege Peroza et filiis eius in voraginem istam incidentes perierunt. Perozes eo in periculo constitutus unionem, quem gestabat ingentem ac candidissimum et maximi pretii, a dextra aure detractum abiecit, ne quis eum post se gestaret aut ipsum regem agnosceret: erat enim spectatu dignissimus. hoc modo Perozes cum exercitu interiit. barbari exinde biennium Persas tributarios habuerunt. eo exacto Persae superstites Cabadem Perozae filium regem constituunt.

De unione, quo is pacto inventus fuerit, talem reperimus historiam. in sinu Persico, qui a rubro mari versus Aquilonem est situs, uniones aluntur a pectinibus, quos Zambaces vocant. horum pectinum quidam inventus est intra se alens unionem ingentem ac splendidissimum; qui cum auctus mensuram usitatam excessisset radiosque splendoris sui fulguris in morem eiacularetur, canis quidam marinus eum splendorem ad-

οὐκ ἀφίστατο, ἀλλ' ὅπου δ' ἂν ἦγε τὸ ῥεῦμα τὸ ἔλυτρον τοῦ κτενός, ἐκεῖ καὶ τὸν κύνα δαίμων τις ἀλιτήριος ἐξεβάκχευεν. ἁλιεὺς οὖν τις τὸ ξένον τοῦτο θεασάμενος τέρας ἐδοκίμασε διά τινος μηχανῆς ἀποσυλῆσαι τὸν κτένα. ἀλλ' ὁ κύων οὐκ ἐνεδίδου· ἁρπάζων γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τὸ βάθος ἐνῆγε. καταμηνύει τοιγαροῦν ὁ ἁλιεὺς τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν τὸ τοῦ μαργάρου κάλλος· ὁ δὲ δίδωσιν αὐτῷ ἄνδρας τοὺς ἐπὶ τὴν ἄγραν τοῦ μαργάρου συμπράξοντας. ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν καί τινας ἡμέρας ἐγκαρτερήσαντες, ἔτυχε τὸν κύνα μικρὸν ὑποχωρῆσαι. εὐθὺς οὖν ὁ ἁλιεὺς διασκευάσας αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ καταδὺς ἐν τῷ βάθει B ἐδράξατο τοῦ κτενὸς καὶ τὸν μαργαρίτην ἀνήγαγε, καὶ εὐθέως ἀναδραμὼν ὕψωσε τὴν χεῖρα, καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἡρπάγη ὁ μάργαρος. πρὶν δὲ φθάσαι εἰσελθεῖν αὐτὸν ἐν τῇ λέμβῳ, φθάσας ὁ κύων διέσπασε καὶ κατερόφησε τὸν ταλαίπωρον. ὁ δὲ μάργαρος ἀπεκομίσθη τῷ βασιλεῖ, ὃς καὶ ἡσθεὶς τῷ τούτου θεάματι τοὺς παῖδας τοῦ ἁλιέως μεγάλαις ἠμείψατο δωρεαῖς. τοῦτον τὸν μαργαρίτην βουληθεὶς ὠνήσασθαι Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας χρυσίου λίτρας ἑκατὸν ἀπέστειλε πρὸς τοὺς βαρβάρους· ἀλλ' οὗτοι οὐ κατένευσαν, μνημόσυνον τῆς Περσικῆς ἀπονοίας τοῦτον φυλάττοντες.

Καβάδης δὲ ὁ τοῦ Περόζου ὕστατος υἱός, τῆς βασιλείας C δραξάμενος, ἐπὶ τὸ βιαιότερον τῇ ἀρχῇ ἐχρᾶτο καὶ κοινὰς τὰς γυναῖκας ἐνομοθέτησεν ἔχειν. ὅθεν οἱ Πέρσαι τοῦτον τῆς ἀρχῆς ἀπήλασαν καὶ δήσαντες εἰς φυλακὴν τὴν λεγομένην Λήθην ἐνέβαλον,

amavit et pulchritudinem perpetuo assectari coepit; et quocunque undae pectinis concham ferebant, eo canis quoque perniciosi cuiusdam daemonis impulsu bacchabatur. id prodigium piscator quidam animadvertens statuit pectinem machina quadam depraedari: verum canis non concessit, sed raptum pectinem in profundum aquae abduxit. proinde regi Persarum de pulchritudine margaritae piscator refert, isque ei viros adiungit, qui in eo capiendo ipsi adsint. cum ad mare profecti per aliquot dies praestolati essent, contigit ut canis aliquantisper secederet. tum piscator statim sese in aquam iniecit, et ad fundum delatus pectinem cum unione arripuit, sursumque enatavit, exserta manu qua unionem tenebat, quem et statim ii qui aderant ei eripuerunt. priusquam vero in lembum piscator evadere posset, supervenit canis miserumque devoravit. unio ad regem allatus est; qui eius spectaculo delectatus, piscatoris filios magnis donis affecit. eum unionem ut redimeret Iustinianus magnus, 100 auri libras barbaris misit. verum ii recusarunt vendere, asservantes eum in signum Persicae stoliditatis.

Cabades autem Perozis ultimus filius regno potitus imperio violentius uti coepit, lege etiam lata, quae uxores omnibus iuberet esse communes. itaque Persae ei regnum ademerunt, ipsumque vinctum in carcerem, qui Letha (id est oblivio) dicitur, coniecerunt; ac fratrem eius

